

IN PIAM

ET ERVDITAM

PAULI AD HEBRAEOS

Epistolam, Henrychi

Bullingeri Com

mentarius,

Habes **LECTOR** insignem illum in hac Epistolae thesaurum, quem Deus orbi in filio suo Iesu Christo exhibuit Habes item formulam quomodo reliquas Pauli Epistolas tractare possis. Fruere ergo pio hoc labore, eme, & Catalogum potissimarum rerum uersis aliquot paginis lege.

I E S V S.

Hic est filius meus dilectus in quo placata est anima mea: ipsum audite.

Matth. 17.

TIGVRI APVD CHRISTOPH.

FROSC. MENSE AV-

GVSTO. ANNO.

M. D. XXXII.

IN PIA

ET ERUDITAM

PAULI AD HEBRAEOS

Epistolam Heinrichi

Bullingeri Com

mentarius.

Habet LECTOR Iudicium suum in hoc Ep
istolam Pauli ad Hebraeos, quam Deus et
Christus exspectant. Habet etiam in quibus
Epistolam Pauli Epistolam tractare possit. Habet et
quod non laborat, et Castigatum continetur
et cum aliis aliis possit legi.

1522.

hic est liber meus et liber tuus

et liber meus et liber tuus

1522.

TIGARI APUD CHRISTOPH

FROSCHE MENSE AV

GASTOR ANNO

M. D. XXXII

ILLVSTRISSIMO CAT

TORVM PRINCIPI PHILIP

po, Heinrichus Bullingerus Gra

tiam et vite innocentiam

à Domino.



Go tibi gratias, illustrissime Princeps,
communi omnium piorum nomine, quod
causam nostram imò non nostram, sed
Christi Domini, multis iam annis, ma-
xime uero proximis diebus Schuinfordiae primum, de
inde Norimbergae, aduersus eos strenue defenderis,
qui nos et nostram, quam Zuinglianam uocant, do-
ctrinam, uoluere proscriptam. Vidisti enim acri illa,
qua à summo Principe Deo, donatus es prudentia, nō
hominis proscribi doctrinam, sed Dei ueritatē, quam
Zuinglius non minus pie quam cordate toti orbi prae-
dicauit. Memor itaq; uerborum Apostoli quibus Ti-
motheum suum contestatur et dicit, Ne pudeat te te-
stimonij domini nostri, neq; te pudeat mei, qui sum uin-
ctus illius: noluisti ueritatem ullo humani nominis prae-
textu proscribi. Quapropter gratulamur hic quoq; tibi,
Princeps pijsime, de illa praecleara qua in te est pru-
dencia et constantia: et Deo nostro patri benignissi-
mo gratias agimus qd te nostrae causae dederit et quae
et iudicem et tutorem, illum porro indefensis ora-

EPISTOLA AD PHILIPPVM

mus precibus, ut quod coepit confirmet, & dona sua in te augeat, imperium quoq; securum, domum tutam, exercitus fortes, senatum fidelem, populum probum & obedientem, prophetas quoq; sanctos & ueraces tribuat, & te nobis diu incolumem & in uia ueritatis conferuet. Scimus enim absq; singulari numinis afflatu, tenuem esse principum pietatem: ut nunc id totum quod per te nobis confertur diuinæ bonitati feramus acceptum, quæ te & tuo ministerio, ceu honorifico uase, ad gloriam nominis sui utitur in domo sua. Neq; enim ista in hoc scribimus, quod ueritatis negotium sine tuo aut aliorum Principum consensu, interijisse aut constare non posse censeamus: qui iam olim didicimus ipsam ueritatem per se quidem esse inuincibilem & immortalem, qua non Principes solum, sed omnia regna mundi conferuentur, & quicquid laudis uel uituperij, commodi uel incōmodi principes habeant, id omne aut ex ueritatis cultu aut neglectu oriri. Quid enim apertius quam quod Christus dixit? Ego uero ab homine testimonium non accipio. Quid euidentius quam quod propheta scripsit? Nolite fidere principibus, aut quoquam hominum, in quibus nō est salus. Ab homine enim cum abit spiritus eius, redit ad terram suam, tunc pereunt uniuersæ cogitationes eius, Felicem autem eum cuius robur est Deus Iacob, cuius spes est ad dominum Deum suum. Qui cælos, terram ac mare

CATTORVM PRINCIPEM.

cōdidit, & quicquid in eis est, qui FIDEM IN PERPETVVM SERVAT. In historijs quoq; sacris uidentur Saulem, Achab, Ioas & Zedechiam precipuos ueritatis hostes, per omnem uitam periclitari, tumultuari, nihil satis tuti aut firmi habere, & tandem foeda etiam suorum strage & uita & regno exuri: interim uero ueritatem quam illi extinctam uolebant, nihilominus perennem manere. Contra uero Dauidem, Iosaphat, Ezechiam & Iosiam fidelissimos ueritatis cultores, ueritatis beneficio etiam in medijs periculis impauidos obdurare, in ipsis quoq; tumultibus tranquillos perstare, feliciter & summa cum laude regerere, & aeterna demum immortalitatis gloria à Deo fidelissimo agonotheta munerari. Ex quibus cōstat ueritatem per se quidem esse foelicem & immortalem. Qui enim ueritatem propugnant, ab ipsa quidem defenduntur & eius beneficio multis perfruuntur bonis. Qui uero impugnant eam, ij foelicitate non modo destituuntur, sed ne illud quidem quod uoluerunt assequuntur. Siquidem ueritas ab ipso mundi exordio immota aduersus omnium tyrannorum insultus perstitit. Benigne itaq; tecum egit pater cœlestis, Princeps illi strissime, qui tibi ueritatis studium in seuit & te honorifico uase in Ecclesia sua uti uoluit: unde nunc pietas tua prudenter fecerit si illius uocationi non desit, & in timore domini ueritatem impense coluerit.

EPISTOLA AD PHILIPPVM

Neq; uero ignoramus quid hostes nostri tibi hic obijciant, Nostram doctrinam inconstantem esse, factiosam & hereticam: nos uero ut schismaticos & seditiosos hoies uitandos. Scimus quanta linguae uirulentia, quantis calumnijs, nos deserant atq; proscindat. Verum cum equite nobis hactenus praestiteris spectatore, futurum speramus, ut ne nunc quidem talibus conuijs nobis iniquus reddaris. Nam doctrinam nostram sanctam esse & ueram euicit copluribus scriptis ille sanctae memoriae antecessor noster H. Zuinglius: euicit & inculpatam uitae & incomparabilis eruditionis uir Ioan. Oecolampadius. Eandem illam doctrinam, quam illorum ministerio ex sacris à Deo accepimus, utpote non hominum, sed Dei discipuli, cuius illi erant serui, adhuc illibatam custodimus. Id quod hoc meo in Hebraeos Pauli commentario, imò & ipsa Paulina Epistola comprobamus. Ex qua, si per occupationes legere liceret, intelligeres, nos de Scriptura, Testamento & Lege Dei, de Deo, Unitate & trinitate Dei, de Christo Deo & Homine, Mediatore, Sacerdote & Sacrificio, de uera Salute & Iustificatione, de Ecclesia, de Vocatione ad munus docendi, de Vera fide, de Sacramentis & uero Dei cultu, primarijs nostrae religionis capitibus, nihil nouum, factiosum aut hereticum, sed prorsus sana, catholica & orthodoxa credere & praedicare.

Itaque cum ipsa res clamet Sanctam & ueram esse doctrinam

CATTORVM PRINCIPEM.

doctrinam quam sequimur, tuarum partium erit, Princeps clarissime, Veritate non deserere, & ipsare, quod dixeris, esse, Princeps ueritati & iusticiae consecratus, qui non modo calumnijs iniquorum aduersus innocentes non irretetur, sed ne periculis quidem à uero & iusto absterreatur. Vere enim Cicero omnem laudem facti esse putauit, quod prudentia sine constantia nihil sit. Et Plato in eo opusculo, cui titulus Laches, putauit scientiam sine iusticia ceterisque uirtutibus calliditate potius esse, quam sapientiam. Et sane non dubitamus isti tuo tam generoso animo tantum à numine roboris esse inditum, ut is neque Cappellana nostra clade, neque Zuinglij nostri insperato interitu concutiatur. Scimus enim quanto dicendi, imò nugandi apparatu aduersarij, quo magis causae nostrae incommodent, hostium iactitent uictoriam. Scimus inquam quod alij quidem clamitant, factiosum hominem iusto Dei iudicio per tumultum esse oppressum. Alij uero contendunt huius interitum, hereticae doctrinae certissimum esse argumentum. Sed audi clementiss. Princeps, Non potuit propter tumultum occubuisse, qui uere pacis, equitatis, iusticiae & patriae amantissimus fuit. Bello quidem & tumultu non pessimi, sed optimi quique plerumque oppressi sunt. Plura autem pro hoc uiro, hac in re, nunc non dicam, qui eatenus hominem defendo, quatenus illi ueritatis causa coniuncta est, & ita coniuncta est, ut ueritati aut commodet aut incommodet.

EPISTOLA AD PHILIPPVM

Aliàs agnoscimus illud Paulinum, Quis est Cephas? Paulus aut Appollos: nisi ministri per quos credidistis. Neq; uero plura de caussa aut iure belli, bellum ne aut tumultus fuerit, scribam, cum quòd nihil istius ignores, tum quòd prelo potissima eius generis, ante acceptam cladem, à clarissimo nostro Senatu Tigurino in lucem edita sunt. Hoc adijciam, Interitum qualem cunq; tandem, uel fidem uel doctrinam, neq; probare neq; improbare posse. Videas enim homines impiissimos faustissimis excedere satis: rursus uideas optimos quosq; uiros à pessimis mortalium inhonestissimo fere mortis genere extingui. Isaias enim omnium prophetarum princeps serra dissectus, sub prophetarum latrone Manasse, occubuit. Ieremias prophetarum constantissimus, & Zacharias longe fidelissimus à sceleratissimis mortalium lapidati sunt. Quid præterea cõmemorem Ioannem Zacharie filium quo sanctior alius à mulieribus nemo prognatus est? Quid uas electionis Paulum nostrum? Quorum ille consilio turpissimiforti, ab omnium impurissimo Herode, etiã in carcere cæsus: hic uero, ceu publice pacis interturbator, ab omnium qui sunt & fuerunt crudelissimo latrone Domitio Nerone truncatus est capite. Interim uero nemo nisi impiissimus quisq; doctrinam & uitam istorũ propter supplicia posuit in dubiũ. Cur ergo isti Zuinglij nostri interitũ trahunt ad damnationem fidei eius

&

CATTORVM PRINCIPEM.

& doctrinæ: cum satis constet in ijs à pijs desiderari nihil. An uero obliti sunt uerborum domini? Si me persecuti sunt & uos persequentur. Item, Veniet tempus ut quisquis interficiat uos, uideatur cultum præstare Deo. An ignorant, quod per multas afflictiones oporteat nos intrare in regnum Dei? An uero Euangelium ita orbi prædicabunt, ut nihil patiantur, semper placeant, neminem offendant, delitijs fruantur & securi sequacibus securitatem polliceantur? Nouus sanè prædicandi modus, prophetis & apostolis incognitus, illi enim omnium hominum odia in se suscipientes, clamabant, Si hominibus placuissimus, serui Dei nequaquã essemus. Et, Qui iuxta faciem uolunt placere in carne, cogunt uos circumcidi, tantum ne ob crucem Christi persecutionem patiantur. Quod si aliud sentiunt isti, cur obsecro nos adeò uilipendimur? idq; eo potissimum nomine, quod ab hostibus ueritatis affligimur, contumelijs afficimur, substantia nostra exuinur, cædimur, & quotidie mortis expectatione angimur? Cur indies minantur interituros etiam superstites eius (ut aiunt) sectæ uiros? Quasi uero ipsi doctrinæ genus inuenerint, cui qui adhareat extra omnem teli iactum constiterit. At mihi crede, illustrissime Princeps, non ea sunt nostra tempora, quæ lenitatem & securitatem mereantur: neq; tales hodie sumus, qui liberam ueritatem ferre aut possimus aut uelimus. Cum itaq; nobis

A 5

EPISTOLA AD PHILIPPVM

qui uerbo præsumus, cum mundo (nemo enim pijs probari uetat) tam bene conueniat, uerendum est, pluri-
ma à nobis per adulationem fieri, & multò plura per ignauum timorem omitti. Et ut libere tecum loquar, Princeps clementissime, id non minus timendum est, eò res nostras breui deuenturas, ut communibus uo-
tis optemus, nos unà cum ijs, quos nunc diris deuoue-
mus, illa clade Capellana interceptos, dicamusq; eos esse felicissimos, quibus pro ueritate & patria forti-
ter oppetere contigit: quod miseri longe crudeliora tandem per uniuersam Germaniã experiri cogemur.
Atq; utinam uanus sim uates. Atqui scriptura prodit, Iosifæ quoq; temporibus Legis librũ esse repertum, pro-
phetiã quoq; unã cũ uero Dei cultu restitutã: at nihilo-
minus paucis post annis sanctissimũ regem Iosiam im-
piissimi idololatræ Nechaonis manu esse interfectum, adeoq; eũ esse interfectũ, q̄ oraculo à dño acceperat,
Quoniã audisti legẽ & humiliatus es in cõspectu Dei,
ego quoq; exaudiui te, & colligam te ad patres tuos,
nec uidebunt oculi tui malũ, quod ego induclurus sum
super locũ istum. Siquidem nõ multis post annis, ma-
xima & principum & populi strage, Hierusalem ur-
bium laudatissima ab impijs direpta, incensa, & fundi-
tus excisa est. Caussam istis reddidit Ieremias in 16.
Eò quod patres uestri dereliquerunt me, ait dominus,
& secuti sunt Deos alienos, quos & coluerunt & ado-
rauerunt

CATTORVM PRINCIPEM.

rauerunt, me aut̄ deseruerunt, & legẽ meam nõ custo-
dierunt. Vos quoq; sceleribus uestris malitiã patrũ ue-
strorũ superauistis. Quisq; enim uestrũ sequitur pra-
uas cogitationes cordis sui mali quò minus mihi pareat.
Quibus si nostra conferamus tempora, quid oro simi-
lius: Restituta enim est lex domini: sed pereunt protin-
us optimi uiri. Et quid postea? predicatur equidem
alicubi ueritas, sed ea nihil setius unã cũ Deo flocci-
penditur. Nam ex prophetis alij quidem in Papa men-
daciũ prophetant, Alij uero qui à ueritate stare ui-
dentur, ea parte plus quàm decet muti sunt, qua tamẽ
maxime uocales esse oportebat. Siquidem de charita-
te, lenitate & diuina miseratione suauiter & maximo
uulgi plausu cõmentantur, ubi de iusticia differen-
dum erat, eaq; seueriter protrahenda scelera quibus
totus orbis hodie scatet. Ipse enim magistratus cuius
erat æquitatem & iusticiã colere, partim innocentes,
Veritatis nomine, in exilium pellit & uigulat, ueri-
tatem ipsam proscribit, & sanguine ciuium uiuit, par-
tim religionem simulat, ideoq; & iudicium & iusti-
ciam negligit, imò & ipse uim facit, personas susci-
pit, perpotat, scortatur, luxu uestium, alea, immo-
deratis uenationibus, fastu & pompa concoquit quic-
quid in publico erat ærario, deinde uero nouis ex-
actionibus alienis bellis & malis artibus totas populi
eneruat cum uires tum opes. Populus quoq; ipse fra-
u-

EPISTOLA AD PHILIPPVM

dat, mentitur, iurat & peiurat, potat, & nihilo segni-
us luxu dissipat, quod malis artibus collegerat. Interea
uero omnes suauiter commentamur de Euangelio, sed
nemo uitam mutat in melius, nemo ita ut decebat, acci-
sat scelera, nemo protrahit & conficit. Quid autem
dicam de monopolis, crematisis, publicanis & usura-
rijs, qui omnes suas illas iniquitatis radices tam alte
egerunt, ut arnosam quercum minori negotio euellas,
quàm istos redigas in ordinem? Hi impune totum or-
bem expilant: in horum manibus sunt totius orbis ne-
gotiationes & thesauri, cumq; eò per furtum frau-
dem & rapinam euecti sint, nemo tamen ex illis qui
Christiane religionis columina uideri uolunt, se illis
uel mediocriter opponit. Ita fit, ut ui quadam res no-
stre agantur, pauperes opprimantur, ipseq; iudex (ut
propheta ait) in reddendo sit. Quid ergo nobis nisi
communis aliqua pestis, uel Nabuchodonosor, uel
Sanherib, uel Antiochus, uel alia generis humani lues
expectanda, quæ semel ferro & flamma, fame & pe-
ste, execrabilem hanc terrâ lustret? Quod ergo Zui-
gium sustulit dominus, quod cum eo tot sanctos, tot
probos, tot doctos, tot patritios & senatores, tot deniq;
innocentes ciues & colonos, una hora, sustulit, nimi-
rum omine & diuino quodam consilio factum est,
proculdubio quod grauiora, ni prorsus conuerta-
mur, miseros nos maneat. Ut nunc ea clades te ma-
gis

CATTORVM PRINCIPEM.

gis animare quàm à sancto instituto debeat retrahere.
Neglecta itaq; quorundam dicacitate, meminervis,
inclyte Princeps, uerborum Domini tui quibus culto-
res suos affatur & ait, Venite ad me omnes qui labora-
tis & onerati estis & ego reficiam uos. Tollite iugum
meum super uos & discite à me quod mitis sim & hu-
milis corde, & inuenietis requiem animabus uestris.
Iugum enim meum commodum est, & onus meum le-
ue est. Equidem quod nos atinet, libere hoc de uerita-
te & benignitate domini cum gratiarum actione re-
ferre possumus, quod Ecclesie nostræ in medijs affli-
ctionum procellis nunquam defuit, sed perinde suos
animauit, imò ne nunc quidem deserit. Siquidem Se-
natus noster perstat, perstat & propheta, perstant
leges quoq; aduersus Papsimum & luxum editæ. Per-
stat & populus: atq; utinam sic benefacere pergat do-
minus. Patri itaq; tam potenti & benigno te quoq; to-
tum trade, ueritatem eius cole, in hac persta, huic
immorere. Id si feceris, illud sanè præsteris quod
Paulus tota hac ad Hebræos Epistola ambit: quam
ita ut nostris illustrata est commentarijs, tuo nomini
uoluimus dicatam. Dominus Iesus confirmet
te spiritu suo sancto. Amen.

Tiguri 17. Augusti.

LECTORI.

Henrychus Vtingerus & Vuerdherus Steinerius uiri pietate clari & ad promouenda honesta studia promptissimi, non modo ad hoc laboris capeseendum fortiter animarunt, sed & hoc à me impetrarunt, ut Paulinis, locos nonnullos commutans inseruerim: quorum pariter omnium Indicem siue Catalogum subijcere uolui, & te impense obtestari, ut omnia legas cum iudicio, & sicubi à Catholica ueritate aberrauero, discedas, si uero mentem Pauli affectus fuero, mecū Deo gratias agas.

Vale.

CATALOGVS.

- De foedere seu testamento Veteri & nouo.
- Quomodo ad nos perlatum Euangelium, & quæ eius authoritas.
- Catechismus Apostolorum.
- Quæ euidentissima scripturæ expositio.
- Contemptus uerbi Dei.
- De exemplo patrum.
- De usu legis & eius abrogatione.
- De unitate & trinitate Dei.
- De dextera Dei.

De

De iurciurando & ueritate Dei.

Cui debeatur oratio.

De Angelis.

Christus uerus Deus & Homo.

Christus mediator & intercessor.

Christus sacerdos.

Christus sacrificium.

Remissio & expiatio peccatorum.

De uera fide.

De Ecclesia Christi.

De tabernaculo Mosi.

De ijs quæ erant in tabernaculo.

De uocatione ad Sacerdotium.

De Sacramentis, usu & abusu eorum.

De constantia & patientia.

IN PIAM ET ERVDI

TAM PAVLI AD HEBRAE

os Epistolam, Henrychi

Bullingeri

PRAEFATIO.



Vi authores sibi sumunt exponendos, multa praefari solent de laudibus eius, quem quisq; sibi enarrandum delegit, item de consilio authoris, phrasi & dicendi genere. Aggressurus ergo expositio nem Epistolae Pauli ad Hebraeos, lectores remitto ad Lucae libellum, de Actibus Apostolicis praetitulatum, & ad Chrysostomi homelias de Laudibus Pauli erudite ac copiose conscriptas. Ego enim in praesentiarum de Authore huius Epistolae dicam, quandoquidem de eo dubitari uideo. Deinde uero pauca per argumentum de consilio Pauli, deq; scripti genere adiitiam. Et de authore quidem huius Epistolae haec habemus.

mus.

DE

DE AVTHORE

huius Epistole.

Qui hanc Epistolam Paulo adimunt, istis nitentur. Principio sunt in hac (inquiunt) nonnulla ueterum haesum patrocinia, maxime in sexto, ubi Nouatianicam causam plurimum inuisse creditur. Deinde quod multo tempore à Latinis non est recepta, utpote quae & ueteribus semper fuerit suspecta. Rursus quod nomen Pauli, pro more omnium Epistolarum, non praemittat. Neq; stilum neq; orationis Paulinae referat characterem. Maxime uero quod hic author in secundo testatur capite Euangelium sese ab Apostolis didicisse: cum interim Paulus in Galatis id neget ac perneget. Haec inquam illorum fulcra sunt. Nam quod alij hoc obijciunt epicherematis, Ambrosium in omnes scripsisse Pauli Epistolas, in hanc unam non scripsisse, unde consentaneum sit eam non esse Pauli: facile ipsa Ambrosij autoritate diluitur. Is enim huius Epistolae testimonijs passim citatus utitur in rebus quoq; ad religionem spectantibus non postremis, quin & ipse eam Paulo uidetur adscribere. Nos ad cetera propere rabinus, ut ea paulò diligentius excutiamus.

Et initio si libris sacris ideo sua est infirmata authoritas, quod eorum abutuntur testimonijs haeretici, quis non uideat Noui testamenti primarium codicem, Ioannis uidelicet Euangelion, prorsus obsoleuisse? Hinc enim arma sibi tota Arrianorum phalanx accer-

Obiectio
nes aduer
sariorum.

An Noua
ri partes
hac Episto
la defendat
tur. Ioh
Bullingeri

B

pit. Atqui sanis abusi sunt testimonijs, itaq; immota manet sua sacris autoritas. Videtur autem (id quod ex hac mihi subolet obiectione) eo tempore ut accidisset Hebræorum Epistole, quod nostris temporibus Iacobina, quã multi nostrorum Iacobo ademerunt apostolo, nulla alia causse, nisi quod Nazareis, quos & Minæos uocant Hieronymus, fauere uideretur, qui iusticiam non fidei, sed hominum tribuunt operibus. Cum tamen in hoc prorsus non sit apostolus. Neq; enim sibi probandum sumpsit, opera iustificare: sed fidem sine operibus non esse fidem, quin magis uanam opinionem. Unde mira gratia operibus tribuit, per alleosum, quod fidei reuera tribuendum erat. Aut certe per fidem uoluptates in cogitauit non fidem ueram, sed opinionem falsam: sicut per opera fidem operantem. Id quod illi non uiderunt, ut ne nostri quidem intelligunt, apostolam in huius Epistole 6. cap. Nouati partes nihil inuisse, sed longe aliud spectasse: sicuti palam eo loci demonstrabimus. Ideoq; nihil in hac re probabunt, qui sectã obicere Nouatianicam. Adde quod temeritatis notam effugere non potest, qui propter unum aut alterum locum minus intellectum, prorsus negligit & abiicit optimum authorem.

Et de Latinis qui hanc non receperint Epistolam quid dicam aliud, quàm quod apud Latinos Nouati secta primum & cœperit & efferbuerit: quem admodum

dam uidere est apud D. Cecilium Cyprianum. Itaq; cum Nouatiani non parum uiterentur huius Epistole capiti 6. idq; plerisq; Catholicis facefferet negotiũ, totaq; ista tragœdia mox inter prima oriretur Ecclesie initia, factum est, ut etiam inter initia Latine Ecclesie, hæc Epistola ab alijs uale audierit, ab alijs uero prorsus cõtempta sit: nempe ne eius patrocinio impia euinceret Catharorum secta. Deinde constat Græcorum Ecclesiam semper fuisse florentiorem, ut pote ex qua in nostros defluerit quicquid apud nos solide inuenias eruditionis. Quis enim nescit D. Ambrosium & Hieronymum duo Latine Ecclesie lumina, ex Græcis, Origene potissimum, omnem penè sacrarum accipisse cognitionem? Si itaq; Græci de hac bene senserint Epistola, minus urgebit nos Latinorum iudicium, quod interim D. Hieronymi testimonio, nõ omni prorsus parte nobis aduersum esse comprobabimus. Prius tamen uidebimus quidnam scripserint Græci, quod simul & hoc eluceat ueterum primarios quosq; de hac Epistola, ut Pauli, semper pronunciasse, etiam si quorundam Latinorum non nescierint nec dissimularint contrarium iudicium. Eusebius ergo Cæsariensis eruditissimus idemq; diligentissimus uetus status indagator, hoc negotium sic collegit & absoluit, ut Mineruam sus erudierit, si post uirum tamen quiscquam idẽ tentarit. Inquam de Clemente Pauli discipulo scri

bens Ecclesiast. histo. lib. 3. cap. 38. Clemens (inquit) in Epistola quam Corinthijs scribit, meminit Epistolae Pauli ad Hebræos, & utitur eius testimonijs. Rursus in 6. cap. 11. Alexandrini Clementis mentionem faciens, De Epistola uero ad Hebræos (inquit) ita disserit, quod manifeste Pauli sit Apostoli, scripta sit autem Hebræo sermone tanquam Hebræis: à Luca uero, qui erat Pauli discipulus, interpretata in Græcum: unde & stilius eius magis similis uideatur libello illi, quem Lucas de Apostolorum actibus scripsit. Item in eodem cap. 23. Canonem edisserens, quem in sacris libris posuerit

Origenes Origenes, quatuordecim numerat Canonicas Pauli Epistolas: mox adiciens, Quamuis & nonnulli de ea, quæ ad Hebræos scripta est, dubitauerint: pro eo quod non uideatur in ea seruari eius illa sententia, quam de se ipse pronunciat, dicens se imperitum esse sermone. Sed ego dico, sicut mihi à maioribus traditum est, quia manifestissime Pauli est: & semper omnes antiqui maiores nostri ita eam ut Pauli Epistolam susceperunt.

Irenæus. Meminit idem Eusebius Irenæi Lugdunensis Galliarum Episcopi (de quo multi dubitant Græce scripserit an Latine) qui plurima de Epistola ad Hebræos in suis Dialogis, de diuersis conscriptos, ponat testimonia. Ipse deniq; author noster Eusebius, non uno loco tribuit hanc Epistolam Paulo. Nam in 3. cap. 25. recensens libros Noui testamenti, quorum aliquando suspecta fuerit

rit authoritas, huius ad Hebræos Epistolæ planè non meminit. Et in capite 3. ueluti contemnens Latinorum iudicium, Pauli quoq; (inquit) manifeste quatuordecim sunt Epistolæ quæ in authoritate habentur: licet sciam apud Latinos de Epistola quæ ad Hebræos scribitur haberi dubitationem. His iam accedit & Hieronymi, in Latinorum Ecclesia nõ postremi doctoris (quam supra polliciti sumus) sententia, qui ad Dardanum de terra promissionis disserens. Illud nostris dicendum est (inquit) hanc Epistolam quæ inscribitur ad Hebræos, non solum ab Ecclesijs Orientis, sed ab omnibus retro Ecclesijs Græci sermonis scriptoribus, quasi Pauli apostoli suscipi: licet pleriq; eam uel Barnabæ uel Clementis arbitrentur: & nihil interesse cuius sit, cum Ecclesiastici uiri sit, & quotidie Ecclesiarum lectione celebratur. Quod si eam Latinorum consuetudo non recipi inter scripturas canonicas, nec Græcorum quidem Ecclesiæ Apocalypsim Ioannis eadem libertate suscipiunt: & tamen nos utraq; suscipimus: nequaquam huius temporis consuetudinem, sed ueterum scriptorum authoritatem sequentes, qui plerunq; utriusq; utuntur testimonijs: non ut interdum de apocryphis facere solent, quippe qui & Gentilium literarum non raro utantur exemplis: sed quasi Canonicis & Ecclesiasticis. Et hoc quidem D. Hieronymi de hac Epistola ad Hebræos iudicium est. Quod ut Latinorum, qui hanc

Epistolam Paulo adimebant, non accedit, ita eandem uehementer probauit, & tanquam canonicam Ecclesie commendauit. Et haecenus ueterum sententias retulimus, ex quibus satis elucere putamus ueterum primarios quosq; optime de Epistola Pauli ad Hebraeos sensisse, eamq; Paulo adscripsisse apostolo. Vt illi nunc satis imprudenter pronunciarint, qui dixere, Veteres semper de hac dubitasse maleq; pronunciasse Epistolam.

De nomine autem Pauli omisso, quod illi in abdicationis traxere argumentum, disseruit & Eusebius ex sententia Alexandrini Clementis, dicens, Quod autem super inscriptionem solitam inibi non habet, id est, Paulus Apostolus, hoc esse rationis ostendit, quia praedictum iudicatum Hebraeis erat de Pauli nomine, ne eius dicta susceperent, & ideo prudenter declinasse, ne statim in principio Pauli nomine inspecto, lectio eius repudiaretur. Haec Clemens apud Eusebium. Et sancti scimus Paulum omnibus factum omnia, & omnium in se mores suscepisse, ut omnes Christo lucrificeret. Athenis enim longe alio modo aliaq; ratione de pietate differit, quam apud Antiochenos. Nam ibi agit pro more Gentilitio, Gentilem allegans Aratum, & a Gentilium ordiens sacris. Hic uero tanquam apud Iudeos rem acturus, a Deo & patribus, Iudeorum delictis, auspicatur, dicens, Deus populi huius &c. Sed & totam orationem prophetis firmat oraculis, Sic & hanc

Cur nomē
Pauli os
missum.

Epi

Epistolam pro sancta sua uasfricā a Deo orditur & patribus, sanctisq; scripturis totam confirmat. Quo fit, ut ommissus Titulus magis iuuet causam nostram quam infirmet.

Iam uero de stilo huius Epistolae disputatum est apud ueteres quoq;. Audiuius enim Clementis Alexandrini super hac re sententiam. Origenes uero: Si uero (inquit) requiras a me, per quem sit Epistolae sermo compositus: opinio ad nos usq; peruenit eiusmodi, a quibusdam dicebatur, quod Clemens Apostolorum discipulus & Episcopus urbis Romae, Graeco eam sermone, non tamen sensibus expoliuerit. Alij quod Lucas, qui Euangelium scripsit & Actus apostolorum. Cuius non dissimile est Eusebij iudicium in hunc modum per scriptum: Constat sane quod Apostolus tanquam Hebraeis mittendam, patrio eam sermone conscripsit, & (ut quidam tradunt) Lucam Euangelistam: alij autem Clementem interpretatum esse: quod & magis uerum est, quia & stilus Epistolae quae ad Corinthios extat huius Clementis, cum hac concordat, & sensus nimirum utriusq; scripturae plurimam similitudinem ferunt. Huius sententiae est Hieronymus quoq; in opusculo De uiris illustribus. Quod si exactius negotium hoc perpendas, uidebis istos non prorsus uanos fuisse uates. Nescio enim si post unam aut alteram Epistolam ipse Paulus ullam scripsit. Quaecumq; enim scripsit,

De stilo
Pauli.

B 4

per notarios scripsit: id quod clarissime liquet ex Romanorum Epistola, quam ex sententia Pauli scripsit Tertius. Hic autem fieri solet, ut materia & inuentio authoris sit veri: eloquio autem aut character notarij uel librarij. Cum igitur uerisimile sit, Paulum nec notarijs semper dictauisse, nec uno semper usum esse notario, sed pluribus, ut sese & comitum & regionum offerebat occasio: certe nemini nouum uideri debet amplius, si non sit unus omnium Epistolarum Pauli stilus. Proinde stili dissimilitudo ad abdicationis argumentum trahi non potest: nisi & eam quae ad Ephesos scripta est Epistolam, ob stili dissimilitudinem Paulino nomini subtrahere uelis. Nam de ea sic censuit Erasimus ille Roterodamus: Certe stilus huius Epistolae tantū dissonat à cæteris Pauli Epistolis, ut alterius uideri possit, nisi peccus atq; indoles Paulinae mentis hanc prorsus illi uindicaret. At de hac nostra ad Hebraeos Epistola, idē sic scripsit, Et ut à stilo Pauli, quod ad Phrasim attinet, longe lateq; discrepat: ita ad spiritum ac peccus Paulinum uehementer accedit. Sed hæc hæctenus.

Nodus 2.
cap. dissoluitur.

Illi porro nulla prorsus uidentur uenia digni, qui sic colligunt, Authorem huius Epistolae testari se ab apostolis didicisse Euangelium. Sed Paulum Apostolum id in Galatis negare. Vnde consequatur hanc Epistolam non esse ullius apostoli nedum Pauli, sed alicuius

ius

ius apostolici. Sed nos scire cupimus ubi nā istud testetur Epistola author? Respondent in 2. cap. cum dicit, Quae cū primum enarrari cœperint per ipsum dominum, ab ijs qui audierant, in nos confirmata sunt. Audis (inquunt) ab ijs qui audierant. Sed non uident mihi feri particulam, Ab ijs, cui stolidissime immituntur, non esse consequentiæ ex alio notam, sed ordinis potius. Ut sit sensus, Initio quidem Euangelij negotium ab ipso domino prædicatum est, deinde ab ijs qui cum eo conuersati erant apostolis, postremo autem & post istos Euangelij functio ad me quoq; delata est: ut inquam hic idem ille ordo seruetur, qui & in Corinthijs cap. 15. seruatus est, ubi legimus primum quidem apparuisse dominum Petro, deinde uero 12. apostolis, ab ijs plusquam 500. fratribus, postremo autem omnium (inquit Paulus) uelut abortiuo uisus est & mihi. Huc accedit, quod Græcorum particula ἀφ' ἧς & ὑπὲρ tuo sese respiciunt ordinemq; indicant: quem admodum & apud Latinos primum & secundum. Quid quod illi nō uident, Ab ijs particulam, idem pollere Latinis, quod particula, post hos? Nam Latinus dicit, Primo loco est Mauritania, ab hac Numidia, deinde uero Carthago. Et Plinius, Præcipuum (inquit) est stercus columbarum, proximum caprarum, ab hoc ouium. Quid quod etiam hæc particula in nos, non tam ad Pauli, quam totius Ecclesiae referri poterat personam?

B 5

Summa.

DE AVTH. HVIVS AD HEB. EP.

Sed hactenus ad istorum obiectiones, quibus omni-
bus declarare uolumus, istos suis obiectionibus episto-
lam hanc Paulo non admississe: quin potius ueteres a no-
stris stare partibus, qui putamus uerisimilius esse hanc
Epistolam a Paulo quam alio quoquam conscriptam. Et
hanc sententiam inuuant ea quoque, que scripsit in fine
cap. 10. ubi meminit persecutionis et uinculorum, pro-
sus in eum modum, quem cernimus in 1. ad Philip. cap.
et in 1. ad Theß. 2. capite seruatum. Non enim referunt
in presentiarum Timothei mentionem et capitis ulli
mi rationem, quo apprimere sese Pauli exerit genius.
Et hæc quidem copiosius disputauimus propter eos quibus
curiositas magis cordi est quam pietas. Pij enim de his-
sce rebus non digladiantur. Maxime cum uident totam
Epistolam scriptura sacra firmari, Christum purius
et melius doceri, quam ulla alia: denique totum Chri-
stianismum hoc pulchrius ornari, quo firmitus impu-
gnatur Iudaica perfidia. Nolumus autem magnis pol-
licitationibus rem aliis summam exaggerare. Confidi-
mus enim ipsum Epistolæ genium et tractatum sic se-
se omnibus probaturum lectoribus, ut perlecta hac,
quisque per sese dicat, nihil se legisse Paulo dignius con-
formiusue, nihil pulchrius, nihil pientius et
canonicum magis. Nunc ad argumen-
tum accingimur Epi-
stolæ.

AR

ARGUMENTVM

6

Epistolæ.

Tria sunt quæ hac tractantur Epistola. Princi-
pio enim monet ne reijciant Christum Iudæi, neque
aspernentur Euangelij negotium per increduli-
tatem: quandoquidem angelis potentior sit, et Mose
maior, angelorum etiam dominus, et Deus conditor:
nihil interim eleuante eius maiestatem humana natu-
ra, quam sibi ex Abraham traxerit prosapia. Consyde-
rent autem miserum maiorum suorum exemplum, quo-
rum murmur, perfidia, et incredulitas misere sit mul-
tata in deserto: unde consentaneum sit ipsos pessime
nunc quoque habituros, si ipsum uerbum Dei uiuum,
ipsumque Dei filium perrexerint contemnere. Et hæc
agit per integra prima quatuor capita: Nimirum ad-
uersus eos sic perorans, qui Christum aspernantes ob-
iiciebant, Nos Mosi discipuli sumus, cui per angelos
loquutus est Deus, hunc uero Iesum unde sit aut quis sit
nescimus, pergenus ergo in uis patrum nostrorum.
Quo simul et infirmos, primumque Christo ex Iudæi-
smo initiatos et rudes, a ueritate auertebant Euan-
gelica: quos interim Paulus istis suis et firmare et in
uera religione officioque retinere contendit. Dein-
de uero uelut hypotyposi quadam ob oculos ponit, Sa-
cerdotium Aharonicum prorsus fuisse umbram, Chri-
stum autem uerum esse sacerdotem, ab ipso Deo iure iu-
rando creatum, neque secundum ordinem Aharon, sed se-

Euangelis-
on.

Sacerdoti-
um.

ARGUMENTVM

cundum ordinem Melchizedeck ordinatum, Leuitis
 maiorem & meliorem: utpote cuius sacerdotium sit
 & ἀπαράβατον & sempiternum. Antiquatas igitur
 esse umbras, cum sacerdotij tum sacrificij. Quippe cū
 ueterum sacrificia, non minus quàm sacerdotia, fue-
 rint inefficacia & typi Christi, qui sit uera hostia uni-
 ca & sempiterna pro peccatis totius mundi. Hæc au-
 tem doctissime simul & copiosissime tractat per initi-
 um cap. 5. (nam in fine, & per integrum cap. 6. di-
 greditur) item per integrum cap. 7. 8. 9. & decimi me-
 diam partem. Planè aduersus eos, qui nitebantur cæ-
 remonijs, sacerdotio, & sacrificijs: qui clamitabant
 Christiana religione omnem semel tolli diuinum cul-
 tum, omnem uetustatem & gentis gloriam. His igi-
 tur commonstrat, in Christo omnem esse plenitudinē
 & legis perfectionem, ut qui Christum per fidem pos-
 sideat, is Dei gloriam, & sacerdotem & hostiam ab-
 solutissime possideat. Postremo adhibitis calcari-
 bus urget eos ad fidendum Christo sacerdoti unico et
 hostiæ perpetuæ. Esse enim fidem illam omnium ab ex-
 ordio mundi iustorum ueterum, ueram religionem,
 qua illi Deo seruiuerint, & in qua multa persisterint
 patientia. Patientia ergo hic quoq; opus esse & con-
 stantia: ad quam deinde multis hortatur exemplis, iu-
 dicijs, similibus. Nam mire torquebantur qui à Mose
 descuerant ad Christum. Ad finem autem Epistolæ,

Sacrificiū

Fides.

per

EPISTOLAE.

7

per integrum uidelicet cap. 13. Appendicis loco, sub-
 dit breues quosdam, ueluti Aphorismos, sententias &
 institutiones. Hoc uero totius Epistolæ argumentū est.

Dictio uero pura est, grauis, dilucida, euidens & Phras
 propria. Genus autem orationis mixtum est. Nam
 Epistolæ medium, genus agnoscit Didacticum. Docet
 enim Apostolus ueluti Demonstratiua contentione,
 ueterum umbras, quoad sacerdotium & sacrifici-
 um, prorsus abolitas, Christum uero esse uerum sa-
 cerdotem & eternam hostiam. At initium Epistolæ
 & finis, sub genus referuntur Deliberatiuum. Nam
 utraq; parte hortatur: illic ne Christum reiiciant, hic
 autem ut Christo fiant, & per patientiam in uerita-
 te persistant.

PRIMA EPISTO-

le pars.

Lacuit autem, amice Lector, Epistolam hanc in
 tres partiri partes, idq; perspicuitatis gratia,
 & quod iam nunc diximus, tria in uniuersum
 hac pertractari Epistola. Prima uero exhibebimus
 tibi præclarā istam exhortationem, qua monet Iudæ-
 os, ut Christum per Euangelij suscipiant prædicati-
 onem, neq; auita aspernentur incredulitate. Cæterum
 cum nonnulla essent quæ auditores remorarentur He-
 bræos, maxime quod angelorum & Moscos uerba,
 Christi præferenda putarent doctrinæ, præuenit id cō-

Ordinis
 ratio.

ARG. DICTIO EPISTOLAE.

mode, & ueluti κατ' ἀντιστρόφως probat Christū angelis esse maiorem. Demonstrationem porro istam expositione siue narratione argumentosa inuit, ostendens Euangeliū multo nobiliore allatum esse nuntio, quā ueterum prædicata sit religio. Totumq; hoc negotium breuissima hac comprehendit ratiocinatione. Nemo unquam ab ipso mundi exordio impune contempsit sermonem Dei per angelos nuntiatum. Unde consentaneum est uel illos maxime puniendos, qui contempserint sermonem Dei, per angelorū dominum prædicatum. Et hæc subiunguntur in capite 2. Præit autem, Christum Iesum angelorum esse dominum, utpote Dei filium. Hinc commode & necessario infertur, Proinde oportet nos uehementius attendere: quod initium est capitis 2. Ideoq; genuinus sensus non nisi per initium capitis secundi absoluitur. Quocirca uideri poterat naturalis propositionum ordo esse inuersus: id quod alijs apud oratores quoq; frequentissimum est, ut uel in illa Ciceronis præclara oratione pro Milone apparet. Media enim interponitur illatio & rei summa, sequitur maior, præit minor: quanquam & in alium posuit cogi ordinem: sed ego hunc sequi malui, utpote simpliciorem & dilucidiorē. Iam uero toto capite primo, copiose exponit & astruit id, quod dubium apud eos erat, Christum scilicet angelis esse maiorem, etiam Dei filium. Nam posterius illud, ueluti

Hyperbaton.

EXPOS. CAP. I. CHRISTI. DEVS. 8

luti indubitatum, nulla assertionē egebat. In hoc enim tota scriptura uersatur, ut doceat contemptum sermonis angelici semper fuisse contemptoribus exitialem. Proinde ad id accingitur, quod apud illos minus probabile erat, nempe Christum angelis esse maiorem, potentiorē, digniorēq; Dei uidelicet filium, angelorum dominum: ac dicit,

DEUS olim sæpenumero diuersimodeq; patribus loquutus ē per prophetas: in postremis uero hisce diebus, loquutus est nobis per filium. CAP. I

Summā totius negotij paucis perstrinxit, ueteribus quidem missos esse prophetas, nobis autem filium Dei. Iucundum autem erat Hebræis Dei, Patrum, & Prophetarum nomen: consulte ergo istis auspiciatur, apud Hebræos dicturus, certè ut auditorū duos alijs & iniquos Christi negotio animos demulceret, si biq; astringeret arctius: interim filij nomen ingereret, eiusq; negotium collatione occulta angelicæ, Moisaicæ, atq; propheticæ legationi longe anteferet. Siquidem hoc erat genuinum apostoli Christi officium, Christi nomen orbi proponere solum.

Sæpenumero autem loquutum ait Deū patribus, eò quod diuersis temporibus, alios subinde atq; alios mi-

serit prophetas. Nulla enim gens est, quæ plures iuda-
is habuerit ueros ac diuinitus inspiratos uates. Hinc
et propheta, Amuniat uerba sua Iacob (inquit)
statuta et iudicia sua Israël. Non fecit similiter omni
genti, et iudicia non cognouerunt. Vnde et conse-
quens est nullam extare religionem, quæ firmioribus
nitatur fundamentis, quæq; certioribus possit proba-
ri testibus, quam Christiana. Et frequentia testium,
Dei erga nos probat studium diligentiæ: sed diuersi-
tas facilitatem et benignitatem. Pulchre enim diuinus
bonitas sese ad nostrum attemperauit captum. Hinc
Apostolus $\pi\lambda\upsilon\tau\omicron\pi\omicron\varsigma$ dixit, quod nos transtulimus
diuersimode. Est autem $\pi\lambda\upsilon\tau\omicron\pi\omicron\varsigma$ homo uersatili,
dextro, faciliq; ingenio, quod cum quouis hominū ge-
nere congruit. Sic enim et Homerus Vlysssem uocauit
 $\pi\lambda\upsilon\tau\omicron\pi\omicron\varsigma$ quod quamuis personam apte gereret,
mendici, patrisfamiliæ et ducis. Ita uidemus etiam
Deum uariam induisse faciem, item uarijs modis atq;
reuelationibus uoluntatē suam reuelasse, ac humani
generis quasisse salutem. Ceterum postremos dies di-
xit proximos. Nam particula Olim, et Postremis hi-
sce diebus, mutuo sese respectant, relatiua quadam ra-
tione: ut non sit necesse disputare de extrema iudicij
die. Idem enim pollet ac si dixisset, Equidem Deus o-
lim se orbi aperuit per prophetas, nunc uero hisce pro-
ximis diebus loquutus est nobis per filium.

quem

quem constituit heredem omnium,
per quem & sæcula fecit.

Iam breuibus sed iisdem grauissimis enarrat glori-
am Christi, nempe, quod omnium sit dominus, et uni-
uersæ molis (id enim per sæcula intelligit) machinæq;
mundi conditor. Id quod aliàs copiosius exponitur in
Epistola Pauli ad Col. i. Item in Euangelio Ioan. cap. 1
et 5. Allusit autem Heredis uocula ad humana, non
ut diuinis æquet humana, aut hæc illa proprie refer-
re possint: sed attemperatur ita sermo humana simili-
tudine, ut ineffabilia illa Dei mysteria aliquo modo in-
telligamus. Nam qui hereditate succedunt in pater-
nas opes, omnium prorsus domini sunt, quorum domi-
nus fuerat pater, adeoq; in possessione et dominio pa-
tri æquales sunt. Sic etiam filius Dei, hæres paterna-
rum rerum dicitur, eò quod filio subdita sunt à patre
omnia. Idem itaq; pollent hæ orationes duæ, Christus
est hæres omnium, et, Filio subdita sunt omnia. Nam
et in Euangelio dicit, Omnia quæcunq; habet pater,
mea sunt. At apud homines filij possessio, parentis est
decessio. Apud hos est prius ac posterius. Sed nihil ta-
le inuenias apud Deum patrem et filium. Quamquam
enim distinctæ sunt personæ, una tamen est monar-
chia, æquale regnum, æqualis potestas et gloria. Ni-
hil in patre et filio prius, nihil posterius, nihil maius,
nihil minus, Nam sicut pater uiuificat quos uult: sic eti-

Christus
hæres quod
dicatur.

C

Nam filius uiuificat quos uult. Nec patri propterea aliud
 quid decedit: nec filio magis accedit, ut in humana he-
 reditate fit, sed coequalitas est utrobique. Iam etsi filius
 uel dono uel hereditate aliquid dicitur accepisse à pa-
 tre, tamen iterum ad humana allusio facta est, notataque di-
 uina dispositio. Rectissime enim Tertullianus aduersum
 Praxeam illud allegat patris de filio testimonium, Hic est
 filius meus dilectus, in quo bene sensi, ipsum audite: cui
 mox infert, Habes filium in terris, habes patrem in caelis.
 Non est separatio ista, sed dispositio diuina. Ceterum
 scimus Deum etiam intra abyssos esse, et ubique consistere:
 sed uel ex potestate. Filium quoque ut indiuiduum cum ipso
 ubique. Tamen in ipsa omnia uel pater uoluit filium in ter-
 ris haberi, se uero in caelis, &c. Haec enim Tertull. De
 item Athanasius de Arriana et catholica confessione
 ad Theophil. lib. s. Et ideo (inquit) sicut unam substan-
 tiam, ita unam potestatem patris et filij et spiritus sancti
 credo. Quod autem accepit filius, secundum hominem
 accepit, id est, secundum seruilem formam, secundum nostrae
 conditionis naturam, ipso domino in Euangelio dicente,
 Et iudicium dedit ei facere, quia filius hominis est. Haec
 Athan. Denique pari ratione legimus per filium omnia esse
 condita. Nam eo ipso iterum notatur essentiae unitas et
 personarum discriminem. Alius enim est qui facit, et alius
 per quem aliquid fit: etsi non sit aliud. Unus enim qui con-
 didit omnia Deus est. Et Christus, Ego (inquit) et pater
 unum

Quomodo
 do filius
 accepisse
 aliquid di-
 catur.

subit
 Sup. et
 quibus

Per Christi
 omnia
 condita.

unum sumus. Non ait, unus sum: sed, Ego et pater,
 unum, sumus. Ideoque iterum allusit ad eorum hominum
 morem, qui maximas quasque res administrant per ho-
 mines sibi coniunctissimos, prudentia quoque et rerum
 peritia summos, et sibi aut aequales, aut aliquanto su-
 periores. Sic inquam Deus per filium condidit omnia.
 Has allusiones multi non uident, imò intelligere nolunt,
 quod ineffabilia aliis mysteria humanis uelantur si-
 milibus, certe ut fidelis mens per ista euehatur ad al-
 tiora: id cum isti non recipiant, fit ut imprudenter
 imò impie omnia in sacrosancta triade misceant, cum
 haec interim Dei dispositio et diuinitati Christi pror-
 sus nihil derogat, et personas non conturbet, neque uni-
 tatem in trinitate diuidat.

qui cum sit splendor gloriae, & expres-
 sa imago substantiae eius,

Alia, sed illustriori metaphora pingit gloriam Chri-
 sti apostolus, demonstrans eum esse filium Dei, Deo aequa-
 lem. Nam sicut splendor (ἀπαύρασμα) resplendentia, sul-
 gor, siue radius ex sole emicat: sic etiam filius ex seipso
 non existit, sed ex patre genitus est. Et sicut radius a so-
 le non separatur, sic neque a patre filius diuiditur. Interi-
 us sphaera siue globus solis non est radius, neque radius glo-
 bus, et neutrum horum calor, neque calor globus aut radius:
 sunt tamen haec tria, non tres soles, sed unus sol. Sic
 utique et una est magnifica gloria (hoc enim nomina

Quomodo
 do Christi
 splendor sit.

decorat apostolus Deum) non duo uel tres: substantiæ tamen uel personæ ex illa duæ, uerum ab ea prorsus nõ sunt separatæ. Hinc doctissimus Tertullianus, cuius testimonijs ob uetustatem, sanctorum uita, & eruditionem, libenter utimur, aduersus Praxeam, Nec dubitauerim (inquit) filium dicere, & radice fruticem, & fontis fluuium, & solis radium. Quia omnis origo parens est, & omne quod ex origine profertur, progenies est. Multo magis sermo Dei, qui etiam proprie nomen filij accepit. Nec frutex tamen à radice, nec fluuius à fonte, nec radius à sole discernitur: sicut neq; à Deo sermo. Igitur secundum horum exemplorum formam profiteor me duos dicere, Deum & sermonem eius, patrem & filium ipsius. Nam & radix & frutex, duæ res sunt, sed coniunctæ. Et fons & flumen duæ species sunt, sed indiuisæ. Et sol & radius duæ formæ sunt, sed coherentes. Omne quod prodit ex aliquo, secundum sit eius necesse est de quo prodit, non ideo tamen est separatum. Sequendus autem ubi est, duo sunt, & tertius ubi est, treis sunt. Tertius enim est spiritus à Deo & filio: sicut tertius à radice fructus ex frutice: & tertius à fonte riuus ex flumine: & tertius à sole apex ex radio: nihil tamen à matrice alienatur, à qua proprietates suas ducit. Ita trinitas per confertos & connexos gradus à patre decurrens, & monarchiæ nihil obstrepit, & ὁμονοίας statum

tum protegit, &c. Hæc Tertullianus.

Ad lucem prioris facit & expositio membri posterioris. Nunc enim Christum uocat characterem substantiæ paternæ. Est autem hoc loco χαρακτήρ forma expressa ex alio, à χαρατῶ, ut Erasmus monet, quod est insculpo siue notam imprimo: ueluti si cæra nota imprimatur sigilli. Pater itaq; typus est: sed filius character, imago, & forma siue figura typo expressa. Mira autem est similitudo imò æqualitas typi, & figure typo expressæ: ut eadem est diuinitas, gloria & maiestas patris & filij. Philippo enim dicit apud Ioan- nem, Philippe qui uidit me, uidit patrem. Quomodo itaq; tu dicis, ostende nobis patrem? Non credis quod ego in patre sim, & pater in me? Ideoq; quem admodum in cæra propriissime exprimitur sigillum: ita in Christo propriissime relucet substantia paternæ. ὑπὸς αὐτοῦ autem, quam Latini dicere possumus substantiam, à subsistendo dicta est: unde claret apostolum alluisse ad illud nomen Dei ineffabile quod Tetragrammaton uocant, quod & ipsum ab essendo nomen habet. Quasi dixerit apostolus filium esse de paterna substantia, adeoq; ὁμοῦς ἰσοπatri. Veteres enim & ὑπὸς αὐτοῦ usurparunt interdum pro ὁμοῦς, qui rursus unam cōfitentur ὁμοῦς, & treis ὑπὸς αὐτοῦ. ὁμοῦς igitur uocem immerito (ut uides) proscripsit Ariminensis synodus, quam interim uocem Eusebius

Quomodo Christus character sit.

EXPOSITIO CAP. I.

Cæsariensis, homo Græcus, dilucide & uere sic expo-
suit, Prædicandum est filium patri esse consubstantia-
lem, eò quod nullam æqualitatem ad creaturas factas
Dei filius habeat, sed soli patri genitori per omnem
modum sit similis, & non sit ex alia qualibet substan-
tia uel essentia, sed ex patris, & c. Sed hæc hæctenus.
Ex quibus omnibus illud liquido constare cõfidimus,
Iesum Christum non modo angelis maiorem, sed ne
Deo quidem patre esse minorem, quippe cum sit an-
gelorum dominus patri coequalis, uita & substan-
tia omnium. Iam enim clarius sequitur.

agatq; omnia uerbo potentiaæ suæ,

Omnia in
Christo
subsistunt.

Dicit Paulus quod omnia consistant robore, ui, &
potentia Christi. Nam & Ioannes, In ipso (inquit) ui-
ta erat. Alibi uero, In Deo uiuimus, mouemur & sus-
sumus: & in Christo uiuimus, ergo Christus uerus est
Deus. Omnia enim ex illo & per illū sunt, & sine eo
factū est nihil, quod modo factum est. Mira autē est in
Paulinis uerbis euidētia. Recte enim monet Erasimus
ὅτι ἐν τῷ τοῦτοῦτο loco non significare baiulare ac portare,
sed agere potius siue mouere & moderare omnia: ut
nunc apostolus senserit, mundum non modo per Chri-
stum esse conditum, sed eum etiamnum illius admini-
stratione regi. Nisi malis portandi uerbum matapho-
ricòs usurpari: & uerborum magnificentia, unius
Christi humeris, ueluti ueri Herculis, totam coeli im-
ponere

CHRISTVS DEVS. 12

ponere machinam. Verum si consequentia spectes,
iam prior sensus magis quadrabit. Sentit enim apo-
stolus potenti administratione per Christum in or-
be geri & conseruari, quicquid tandem geritur &
conseruatur. Nam uerbum hoc in loco administra-
tionem significat: ut sit sensus, Agit omnia uerbo po-
tentiaæ suæ, id est, agit omnia sua administratione po-
tenti.

Hæc uero ideo tot inculcamus & uerbis & testi-
monijs, quod infelicia nostra tempora subinde nouas
uere religionis pestes, impios, hypocritas, & extreme
blasphemos homines, an dæmones dicā nescio, proger-
minent, qui non modo ueram Christi diuinitatem in du-
bium uertunt, sed & sacrosanctam trinitatem hydræ,
Gerioni, Briareo & infero penè Cerbero, ceu fabulo-
sissimū nugamentum cõferunt: digni profus qui furijs
infernalibus laniandi ac Cerbero trifauci proiciantur
deuorandi. Nam ut Dauidis, Hieremiæ & Danielis
transcā testimonia, certè Isaias prophetarū princeps,
de utraq; in Christo indole, cū humana, tum diuina, tā
aperte, tam copiose, tam etiā uere disseruit, ut pluri-
ora & meliora nō nisi desperati, uesani, & diabolo dedi-
cati hoies postulare possint. Et quid obsecro clarius di-
ci potest, quā quod Ioānes dixit: In principio erat uer-
bū, & uerbū erat apud Deū, ergo uerbū erat Deus, il-
lud sanè qd in principio apud Deū erat. Et paulo post,

Clara de
diuinitate
Christi tes-
timonia.

Ioan. 1.

EXPOSITIO CAP. I.

Et uerbum caro factum est, & habitauit in nobis &c.
 Item ipse dominus Iesus testatur in eodem Euangelio
 Ioan. 3 ac dicit, Amen amen dico uobis, antequam Abraham
 esset, ego sum. Item, Amen amen dico uobis, qui confi-
 dit mihi habet uitam aeternam. Ego sum panis uiuus,
 Ioan. 6 qui de caelo descendi, si quis ederit ex hoc pane, uiuet
 in aeternum. Et iterum, Oues meas nemo rapiet de manu
 Ioan. 10 mea. Pater meus qui dedit mihi maior omnibus est, &
 nemo potest rapere de manu patris mei. Ego & pater
 unum sumus. Rursus, Dicit Iesus discipulis suis, Ne tur-
 betur cor uestrum, Creditis in Deum, & in me credite.
 Ioan. 20 Et Thomas rediuiuo acclamat, Dominus meus, & De-
 us meus. Testatur etiam Paulus in Roma. cap. 9. ac
 dicit Israëliitarum esse promissiones ac patres, ex qui-
 bus, quod scilicet carnem attinet, Christus sit, Qui est
 (inquit) in omnibus Deus laudandus in secula. Et in
 1. ad Corinth. 8. cap. Etiamsi sunt (ait) qui dicantur
 Dij, siue in caelo siue in terra: Quemadmodū sunt Dij
 multi & domini multi: nobis tamen est unus Deus, qui
 est pater ille, ex quo omnia & nos in illum: & unus
 dominus Iesus Christus, per quem omnia, & nos per
 illum. Item ad Titum, Expectantes beatam illam spem
 & apparitionem gloriæ magni Dei & seruatoris no-
 stri Iesu Christi. Sed quorsum opus tot sanctorum te-
 stimonijs? cum unus Ioannes omnium dilucidissime de
 Iesu Christo testetur, & dicat, HIC EST UERVS
 DE

CHRISTVS DEVS. 13

DEVS ET VITA AETERNA. 1. Ioan. 5. Et
 quod Paulus hic ex professo tradit Iesum Christum
 uerum esse Deum?

Verum mirantur illi, cum pater non sit filius, &
 tamen Deus uerus, neq; filius sit pater, interim tamen
 Deus uerus, quomodo unus possit esse Deus uerus? Au-
 diant ergo Mosen dicentem, Audi Israël, dominus De-
 us tuus, Deus unus est. Quæ sententia si uera est, quæ-
 stio ista finita est. Consequitur enim patrem & filium
 & spiritum sanctum unum esse Deum uerum. Si enim
 non est unus Deus, duo uel tres sunt. Si autem duo uel
 tres sunt, mentitur qui dicit, Dominus Deus tuus, Deus
 unus est. Mentitur qui dicit, Videte quoniam ego sum
 Deus, & non est alius præter me. Sed quia mentiri nõ
 potest ueritas, constat patrem filium & spiritum san-
 ctum, non treis dominos aut Deos esse, sed unum domi-
 num Deum. Dicite enim nobis an hæc prophetarum
 uerba de Christo domino intelligenda sint, an nõ sint?
 Si sunt, confiteamini oportet filium cum patre & spi-
 ritu sancto unū esse Deum uerum. Si uero non sunt, iã
 dabitur duos esse Deos ac dominos. Nam & filius, ut
 iam multis ostensum est, & Deus est, & dominus dici-
 tur. Aut itaq; confitemini patrem & filium unū esse
 dominum Deum: aut negate Iesum dominū & Deum
 esse dictum. Cum uero postremum hoc nulla ratione
 facere possitis: consequitur prius esse uerum: & hanc

De unitate
& trinitate
Dei.

EXPOSITIO CAP. I.

uocem, Ego sum Deus & non est alius præter me, nõ
unius tantũ persone, sed sacrosanctæ triadis esse uocẽ.
Trinitas quippe secundum ueram fidem, pater, filius
& spiritus sanctus, in cuius nomine baptizamur, &
unus dominus Deus noster est, & præter ipsum alius
non est. In trinitate ergo (ut & Augustinus ait) quæ
Deus est, & pater Deus est, & filius Deus est, & spi-
ritus sanctus Deus est, & hi tres unũ sunt. Hæc uero
hactenus. Quibus Tertulliani quoq; sententiã propter
eos adscribere uisum est, qui laborant librorum ino-
pia. Is enim hoc negotij, aduersus Praxeam, & breui-
bus & dilucidis sic absoluit, ubi prius personarũ pro-
basset ostendissetq; discrimen.

Tertul. sen-
tentia de
trinitate et
unitate
Dei.

Ergo inquis prouocabo te ut hodie quoq; ex autho-
ritate istarum scripturarum constanter duos Deos &
duos dominos prædices. Absit. Nos enim qui & tem-
pora & causas scripturarũ per Dei gratiam inspici-
mus, maxime paraleti non hominũ discipuli, duos qui-
dem definimus, patrẽ & filium, & iã tres cum spiri-
tu sancto, secundũ rationem œconomie, quæ facit nu-
merũ, ne ut uestra peruersitas infert, pater ipse creda-
tur natus & passus, quod non licet credi, quia non ita
traditum est. Duos tamẽ Deos & duos dominos, nun-
quã ex ore nostro proferimus: nõ quasi non & pater
Deus, & filius Deus, & spiritus Deus, & Deus unus-
quisq; sed quoniã retro & duo Dij & duo domini præ-
dicã

CHRISTVS DEVS. 14

dicabantur, ut ubi uenisset Christus & Deus agnosce-
retur & dominus uocaretur, quia filius Dei & domi-
ni. Si enim una persona & Dei & domini in scriptu-
ris inueniretur, merito Christus non esset admissus ad
nomen Dei & ad domini. Nemo enim alius præter unus
Deus & unus dñs prædicabatur, & futurũ erat ut ipse
pater descendisse uideretur, quia unus Deus & unus
dñs legebatur, & tota œconomia eius obumbraretur,
quæ in materiã fidei prospecta atq; dispensata est. At
ubi uenit Christus & cognitus est à nobis, quod ipse
qui numerũ retro fecerat factus secundus à patre, & cũ
spiritu tertius, & iã pater per eũ plenius manifestatus,
reductũ est iã nomen Dei & dñi in unione. Et quæ se-
quũtur. Nihil igitur creatũ aut seruiens in trinitate
credamus, ut uult Dionysius Arrius. Nihil inæqua-
le, ut uult Eunomius. Nihil inæquale gratiæ, ut uult Ae-
lius. Nihil anterius posteriũsue, maius uel minus, ut
Arrius. Nihil extraneum aut officiale alteri, ut Mace-
donius. Nihil persuasione aut surreptione insertum,
ut Manichæus. Nihil corporeum, ut Melito. Nihil cor-
poraliter effigiatũ, ut Anthropomorphitæ. Nihil crea-
turis uisibile, ut Fortunatus. Nihil moribus uel uolun-
tate diuersum, ut Martion. Nihil confusum, ut Sabelli-
us: sed totum perfectũ, quia totum ex uno, & unũ ex
toto, non tamen solitarium ut præsumunt Praxæas &
Syluanus stolidi hominum capita.

EXPOSITIO CAP. I.

Ceterum hæc paucis annotare libuit, ut futuros præueniremus errores. His si quis Athanasij iunxerit symbolum, summam rerum paucis uerbis iisdemq; perspicuis habebit comprehensam. Nos redimus ad Paulū.

per semetipsum purgatione facta peccatorum nostrorum, consedit in dextera maiestatis in excelsis.

Mar. 2 Sunt autem hæc utraq; diuinitatis Christi argumenta. Nā in Euangelio uel pharisæi dicunt, *Quis potest remittere peccata nisi solus Deus?* Rursus in *Matthæo* interrogat Christus pharisæos ac dicit, *Quid uobis uidetur de Christo, cuius filius est?* Dicunt ei, *Dauid.* Ait illis, *Quomodo ergo Dauid in spiritu uocat eum dominum? dicens, Dixit dominus domino meo, sede à dextris meis: donec ponam inimicos tuos, scabellum pedum tuorum.* Si ergo Dauid uocat eum dominum, quomodo filius eius est? &c. Proinde cum solius Dei sit peccata remittere, dominum esse, & ad dexteram Dei sedere, Christus uero peccata remittat, dominus sit, & ad dexteram sedeat: necesse est Iesum Christū uerum esse Deum. Hæc ad statum rei.

Peccatorū
remissio.

Videtur autem studio industriaq; Paulus peccatorum remissionem post aliquot posuisse mēbra: in hoc nimirum, ne quis ambigeret de criminū expurgatione, qui audissemus illum ipsum qui expurget, filium esse Dei, hæredem & conditorem omnium, præterea

CHRISTVS DEVS. 15

& splendorem paternæ gloriæ, characteremq; ipsissimæ Dei subsistentiæ, motorem, uitam, cōseruationem, adeoq; & perpetuam ἐπιτελεσιαν omnium. Talis enim sit oportet qui peccata condonare & uelit & possit. Hinc significantissime adiunctum uidemus δὲ αὐτῷ, per seipsum. Neq; enim per alium quenquam purgatio fieri potuit. Sic enim & *Isaias* in 43. cap. prædixit, & *Paulus* in *Hebr. cap. 9.* asseuerauit, absq; sanguinis effusione remissionem non fieri: sed nō sanguinis cuiusuis, uerum filij Dei duntaxat. Vnde etiam *D. Petrus* dicit nos redemptos esse precioso sanguine agni immaculati & incontaminati Christi. Tamū abest, Christiane lector, ut impius ille Romanorū Pontifex, unā cum coniuuratorum suorum manipulo, peccata condonare possit miseris nobis mortalibus.

Ceterum sedere ad dexteram patris (ut *Cyprianus* ait, siue is *Ruffinus* sit) carnis assumptæ mysteriū est. Neq; enim incorporeæ illi naturæ conuenienter ista absq; assumptione carnis adduntur, neq; sedis celestis perfectum diuina natura, sed humana conquirat. Ascendit ergo ad cælos, non ubi uerbum Deus ante nō fuerat, quippe qui erat semper in cælis & manebat in patre, sed ubi uerbum caro factum ante non sedebat. Hæc ille. Rursus sedere in dextera maiestatis τῶν ὀντων dicit, pro eo quod est, diuina uirtute & administratione cœlitus regnare. Nam sedere, & habitare

Quid sit
sedere ad
dexteram
patris.

est, & regnare, & nequaquam loco (ut quidam nugantur) adfixum esse. Siquidem Luce 24. dicit Christus, Vos autem sedete in ciuitate Hierusalem, id est, Hierosolymis prestolamini, quiescite & habitate, donec induamini uirtute ex alto. Et 3. Reg. 1. dicit Dauid de filio Solomone, Sedebit super solium meum, & ipse regnabit pro me. Hinc & solium & sedes in scripturis accipiuntur pro imperio. Sed & Latini dicimus hominem qui Tigurum inhabitat, Tiguri sedere: rursus Iulium Caesarem annis sedisse, id est, regnasse quing. Et dextera in principum confessu locus est primus, summus, & dignissimus. Et qui ad dexteram, siue ad latus sedere dicuntur, summa rerum praesse intelliguntur. Hinc mater filiorum Zebedaei, Dic (inquit) ut hi filij mei duo, sedent, unus a dextris & alius a sinistris in regno tuo: id est, concede ut in regno tuo constituantur primi. Proinde ad dexteram Dei sedere, dicitur nunc filius, allusione humana siue $\delta\epsilon\upsilon\theta\omega\sigma\eta\tau\epsilon\pi\acute{\alpha}\theta\omega\sigma$. Nam Deus aliis incorporeus & pura spiritus substantia, manibus ut non indiget, sic etiam caret: nisi crassum placeat Anthropomorphitarum placitum. Necessitate itaque, quaedam consequitur hanc locutionem, Sedere Christum ad dexteram patris, prorsus & reuera esse tropicam. Addidit item apostolus Maiestatis, Sedere inquam filium in dextera maiestatis: quod locutionis genus augustius est, quam si dixisset, Sedet ad dexteram Dei. Plus enim

& augustius aliquid dixisti, Caesare maiestas imperauit: quam si dicas, Caesar imperauit. Nec hoc contentus apostolus subiunxit & aliud euidentius, Sedere illum in excelsis: certe ut clare uideremus, quid esset sedere in dextera maiestatis, nempe hisce ereptum esse terris, in aethera subuectum, terrenis quoque solutum esse cupiditatibus & adfectibus, agere nunc eum in caelestibus, diuinaque caelitus potentia administrare agereque omnia. Ad hunc enim modum id negotij absolutius clarius idem in Ephe. cap. 1. quae si requiras haec sunt: Deus suscitauit Iesum ex mortuis, & sedere fecit ad dexteram suam in caelestibus, supra omnem principatum, ac potestatem, & uirtutem & dominum, & omne nomen quod nominatur, non solum in saeculo hoc, uerum etiam in futuro, & omnia subiecit sub pedes eius, & eum dedit caput super omnia ipsi Ecclesiae, quae est corpus illius, complementum eius, qui omnia in omnibus adimplet. Hucusque uerba apostoli recensuimus.

Ista uero eos dextre impugnant, qui sacramentorum ratione neglecta, nescio quid carnalis praesentiae in Eucharistia imaginantur. Interim non negamus Christum adesse: imo scimus & credimus Christum in cena suo modo uere adesse, hoc est, non carnaliter, sed sacramentaliter. Vere enim adsunt, quae uera fides coram ijs oculis cernit, quibus Galatae uiderant

Iesum Christum inter sese esse crucifixum. Sed hæc obiter, nunc sequitur.

tanto præstantior factus angelis, quanto excellentius præ ipsis nomen hæreditate, conquisiuit:

Propius nunc accedit ad rem, & id colligit quod uoluit, nempe Iesum Christum angelis esse maiorem, filium uidelicet Dei. Nam nomen posuit pro gloria, maiestate, & magifico titulo, adeoq; pro omni eo, quod hactenus de Christo audiuius. Id uero nominis dicit Christum hæreditate conquisiuisse, nimirum incepta perseuerans allusione: de qua satis dictum in superioribus. Certè si legas pro hæreditate, sortitus est, iam perijt apud nos allusionis gratia. Refert enim hæreditatis uocabulum nescio quid dominij & unionis utriusq; & patris & filij substantiæ. Nam & homines, parentum filij & hæredes sumus, non merito aut gratia, sed ipsa natura: quemadmodum & filius Dei, hæreditate, id est, natura filius Dei est, nõ gratia aut adoptione. Verissime enim de finiuit Nicena synodus, Filium ex patre genitum esse ante sæcula, lumen ex lumine, Deum uerum ex Deo uero &c.

Nam cui dixit unquam angelorū, Filius meus es tu, ego hodie genui te: Ac rursum, Ego ero ei pater, & ille erit mihi filius. Rursum autem cum inducit primum

mogenitum in orbem terrarū, dicit, Et adorent eum omnes angeli Dei.

Quod paucis dixerat, id nunc copiosissimis diducit ac firmat testimonijs, ex adytis scripturarum petitis. Principio quod apud eos ageret negotiū, apud quos ea nullius prorsus authoritatis erant, quæcunq; tandē non firmarentur scripturæ testimonijs. Vnde etiam nobis discendum, ne quasiuis res, hominum quorumlibet, suauiter & compositè fabulantium, temere recipiamus: sed probemus spiritus an ex Deo sint. Qui autem uerba Dei loquitur, ex Deo est. Qui uero sua quærit, & ex seipso loquitur, ex Deo non est. Nisi ergo in rebus dubijs & ad religionem spectantibus accedat scripturarum authoritas, nibili putetur quantumuis recepta & laudata uetustas. Deinde uoluit apostolus istis tam firmis istorum profligare errorem, qui putarunt Christum fuisse uel angelum uel etiam prophetam eximium à Deo in hunc orbem missum. Prius autem testimoniū sumpsit ex Psal. 2. qui de Dauide scriptus, Christo per typum & allegoriam recte accommodatur. De eo enim coelitus audita est patris uox, dicens, Hic est filius meus dilectus, in quo animus meus placatus est, ipsum audite. Posterius uero ex 2. Reg. 7. cap. petiit, & de Solomone dictum, pulchre & proprie cõpetit in Christum, de quo in Euangelio dixit Baptista, Pater diligit filium, & oia dedit illi in manum. Porro

Testimonia scripturæ
17.

Reg. 7. cap.
17.

17.

EXPOSITIO CAP. III.

Ultimum testimoniū, quod non absq; præfatiuncula inducit, accepit ex Psal. 69. in quo prædicitur fore, ut omnes angeli Dei, illum sint adoraturi primogenitum Dei. Nemo autē nisi Deus adoratur: quocirca necesse est primogenitū illum uerū esse Deum. Præterea in cōfesso est, id esse minus quod adorat, maius uero quod adoratur. Cæterum adorant angeli, Christus uero adoratur: unde cōsequens est Christum maiore esse angelis. Præfatiuncula autē hoc dicit, Cum meminit eius primogeniti uates, qui in orbe regnaturus erat, sic dicit, Et adorent eum, &c. Deniq; Christus iterum dicitur per humanam allusionem Primogenitus. Erant enim apud Hebræos primogeniti hæredes & omniū rerum domini. Vnde & D. Hieronymus aduersus Heluidiū recte dixit, Primogenitum non tam eū esse post quem & alij, quàm eum ante quem nullus. Dicitur & Unigenitus, fortassis quod solus filius non sit factus, sed genitus. Itaq; prius quidem dominij est & regni: posterior uero diuinitatis eternitatisq; argumentum. In hac sententiam scripsit & magnus ille Alexandria Athanasius de Assumptione hominis aduersus Marcellinū, Quamobrem (inquiens) unigenitum dum scriptura refert, secundum diuinitatem indicat, quia in deitate unigenitus à Deo patre omnino fratres non habet: & dum Primogenitū nominat naturam hominis ostendit, &c.

Vocabula rerum,

Meminerimus autem, quibus adeo arridet illa infamis

CHRISTVS DEVS. 18

mis λογωμαχία, nomina ex rebus existere, & non ipsas res esse ex nominibus: iccirco accomodemus nomina rerum naturæ, quarū sunt nomina, & non estimemus res ad uiuū, quod dici solet, ex nominibus. Sunt enim arcana ista Dei nobis ineffabilia, interim tamen aliquo modo & quantum satis & possibile est, humanis allusionibus effigiata.

Et ad angelos quidem dicit, Qui creat angelos suos spiritus, & ministros suos ignis flammam.

Hactenus testimonia de filio posuit, nunc de angelis per collationem locorū contrarium ex Psal. 103. subiungit. Superioribus autē probatum est Christū Iesum esse Dei filium, genitum non factū. Hic uero audimus angelos esse factos creatosq;. Item superius testatum est filiū adorari ut dominum: sed hic legimus angelos esse ministros: prorsus ergo Christo minores sint oportet. Sed de Angelis paulò post plura.

Ad filiū autem, Thronus tuus Deus in seculum seculi, uirga rectitudinis, uirga regni tui. Dilexisti iusticiam & odisti iniquitatē, propterea unxit te Deus, Deus tuus, oleo exultationis ultra consortes tuos.

Aliud est de filio testimonium, sumptum ex Psal. 44. cuius uis in hoc consistit, quod eum nunc aperte

EXPOSITIO CAP. I.

Regnum
Christi.

Deum uocat, quem paulò ante filiū appellarat. Thronus autem siue sedes (ut & supra indicaui) imperium siue regnum est. Regnum autem Christi æternum est. Luce 1. Sceptrum uero à uirgarum ratione (ut Cœlius dicit in Antiquis lectionibus) haud ita distitum est. Id signum ueteribus censebatur imperij siue regni, nec non orationis & iusticiæ quoq; proinde Agamemnoni late imperitanti & Telemacho, apud Homerum, concionanti datur, adeoq; & pro ipsa regni administratione iusta & sancta usurpatur. Nam & Achilles per sceptrum, ceu iusticiæ symbolum, iurat: imò in mystico hoc carmine, quod Solomonis aliàs uideri poterat epithalamium esse, protinus sequitur, Dilixisti iusticiam & odisti iniquitatem: quibus uerbis idem prorsus tradidit propheta, quod Isaias de regno Christi per 11. ac 16. cap. prodidit. Verum in hoc unxit, instruxit & misit filium suum in mundum, ut æquitate regnaret, & iusticia, qui ipse uera est iusticia, & iustificans omnes quotquot sunt fideles in eum. Unctio igitur hæc humane peculiariter nature est. Oleum uero per metaphoram spiritus sancti uires significat, ut claret Isaiæ 61. Sed fructus spiritus sancti sunt iusticia, fortitudo, alacritas, agendi ardor, constantia, ueritas, gaudium & exultatio. At non dedit pater (ut Baptistâ ait) filio spiritum secundum mensuram, proinde ultra consortes, reges & sacerdotes, qui Christum retro figurat

Oleum.

CHRISTVS DEVS. XI 19

gurabant, unxit Deus filium: cuius rei gratia à Daniele sanctus sanctorum appellatur. Obseruabis deniq; iterato iam asseri personarum discrimen & Dei unitatem. Nam audiuius iamiam regem hunc nostrum unctum, Deum esse uocatum: sed & in calce testimonij uidemus etiam eum dici Deum, qui unxit Deum. Pater igitur Deus est, & filius Deus est, & hi duo unum sunt, unus scilicet Deus, uerus, & æternus.

Et tu initio domine terræ fundamenta iecisti, & opera manuum tuarum sunt cœli, ipsi peribunt, tu autem permanes, & omnes ut uestimentum ueterascent, ac uelut amictum circumuolues eos, & mutabuntur, tu autem idem es & anni tui non deficient.

Testimonium uero hoc ex Psal. 101. sumptum, magis sensu ex antecedentibus petito, quam ipsis presentibus uerbis refertur ad rei probationem. Supra enim audiuius per filium secula esse condita: sed ex hoc testimonio presenti discimus secula esse à domino condita. Iam igitur si unus tantum est conditor, & filius fundauit, & dominus fundauit: consequens est filium esse dominum, Dominum inquam illum Deum incommutabilem. Nam collatione corruptibilis mundi ostendit & auget incorruptibilitatem Dei. Non quod sen-

EXPOSITIO CAP. I.

2. Pet. 3.

namus mundum aliquando prorsus fore abolendum quem scimus esse renouandum: sed quod omnia que in mundo sunt (ut Ioannes ait) tempore senescant & intereant. Alibi enim legimus, omnem gloriam carnis flori deciduo esse similem. Vt nunc quibus facile possit hunc locum, qui uarie à multis tractatus est, per tropum expedire, metonymiam uel synecdocham. Videas autem multos se aut inani labore macerare, aut nodum in scyrpo querere, quod uel tropos non obseruant, uel eos data opera & inuidia quidam negligunt.

Ad quem autem angelorum dixit unquam, Sede à dextris meis, donec posuero inimicos tuos scabellū pedum tuorum.

Hoc testimonium ex Psal. 109. citauit etiam Christus pro assertione diuinitatis suæ. De qua re satis in superioribus. Hoc unum hic uidebatur monendum, Sedere ad dexteram, donec omnes hostes scabellum subiciantur pedibus, prouerbiali locutione dictum esse, pro eo quod est, Regnare quoad usq; oēs illi subdantur hostes. Quos enim prorsus uincimus nostraq; subiciamus imperio, eos scabelli in morē pedibus subdidisse uidemur. Inde uero nata nobis locutio: qua discernimus Christū aliquando hostibus deuictis triumphaturū, imō Christū orbis iudicem esse constitutū. Nemo igitur seducatur felici tyrannorū successū. Aderit enim dies

CHRISTVS DEVS. 10

dies, qua uos impij, iusto iudici & ultori digna inuariatū dependetis pœnas.

Nōne omnes sūt administratorij spiritus, qui in ministerium emittuntur eorum qui futuram salutem hereditabunt?

Iterum per collationem ex conditione & officio probat angelos Christo esse minores. Nam Christus (inquit) sedet ad dexteram patris, inde uenturus iudex uniuersorū. Sed angeli nihil aliud quàm ministri sunt, non modo Christi, sed etiam omnium electorum Dei. Multo igitur minores sunt Christo domino. Ceterum hanc orationem figurat interrogatione, ut hoc sit & uiuidior & uehementior.

Vide autem, Christiane lector, quāta simplicitate, luce, & puritate de Angelis disputet scriptura, profecto longe foelicus, quàm hactenus fecerint Sophistarum scholæ, quæ cum dubia protulerint de angelis multa, etiam uana & superstitiosa commentati sunt innumera. Quid uero multis opus? Angeli creaturæ sunt, spirituales substantiæ, ministri, & ut propheta ait, flamma ignis. Siue ut Græci diffinierunt, ἄγγελος ἔστι ζωὸν λογικόν, ὑμνολογικόν ἀθανάτον, quam finitionem sic reddidit incomparabilis eruditio nis uir Capnion, Angelus est suppositum uiuum, rationale, hymnisonum, immortale.

Quando autem conditi sint ante hominem an post ho

De angelis

minem, nihil certi prodidit scriptura: diuersa uero inter se senserunt ueteres Epiphanius, Hieronymus, Damascenus & reliqui. Sed quid hæc ad religionem ueram? Certe conditos esse constat. Constat item eos nullo certo constringi numero. Nam in Daniele legimus, Millia millium ministrabant ei, & decies centena millia millium assistebant ei. Quæ uerba propheta Ioã. Chrysostomus in Panegyrico de angelis, dicit esse scripta de supernis uirtutibus & potestatibus, quas numerans innumerabiles ostendit, & indeterminata mensura non mensurabiles representauit. Ad essentiam fortassis eorum dilucidius exponendam, faciunt propheta uerba, quibus & spiritus uocat angelos & flammam ignis. Opponitur autem uocabulum spiritus corpori corruptibili & graui: ut intelligamus angelos esse spirituales substantias, incorruptibiles, sui generis & corporis, absq; impedimentis, onere, & adfectibus humanis. Vnde in Euangelio differens dominus de animabus corpore solutis & perpetuis, adeoq; de statu animarum post hanc uitam, dicit, Et erunt sicut angeli Dei. Et Chrysostomus in Panegyrico de angelis primo, δεύτερον φῶς (inquit) μετὰ τὸν πρῶτον, ὃ ὄσι τὸ φῶς τῷ φῶτι, λέγει τὸ ἄγγελος, id est, secundum lumen post primum, quod est lumen luminum, dicitur angelus. Item Dionysius in diuinis nominibus cap. 4. Angelus est (inquit) imago Dei, occulte

Angeli spiritus.

occulte lucis, speculum purum, nitidissimum, incoquinatum, immaculatum, incontaminatum, suscipiens totam (si phas est dicere) pulchritudinem boniformis diuinae speciei, & sincere resplendens seu representans in seipso, quantum possibile est, eam quæ in adytis & secretis habitat bonitatem. Hæc Dionysius. Sic inquam erimus sicut angeli Dei: sic inquam sunt illi spiritus quoq;. Quò plurimum facit etiam alia prophetae similitudo à flamma ignis ducta. Nam angeli reuera non sunt flammæ corporeæ & uisibiles, sed diaphonia, pulchritudine, puritate, uigilantia & celeritate flammam referunt. Hinc & Seraphim nomen, proculdubio ab ardore, indepti sunt: ut & alia multa ex ipsa nomina. Vnde fortassis non fuerit operæpretium pluribus de angelorum inter se substantia differere. Verisimile enim est, ut omnes homines unius esse speciei humanæ, sic omnes angelos unius esse speciei angelicæ. Et ut diuersa sunt hominum munia, sic alia atq; alia angelorum esse officia: ex quibus & deinde diuersa existant nomina. Cui concordat etiam Chrysostomus in Panegy. de ange. i. cum de uniuersis & singulis angelis ita quærit, Quomodo unius substantiæ existentes, non unam ac similem formam & uisionem in terra uersantes ostendunt hominibus? Damascenus, fortasse melius, arbitratur nescire nos sint æquales angeli, an distent inter se. Hoc autem satis

Angeli flamma ignis.

EXPOSITIO CAP. I.

certum est uarias de ijs texti in sacris expositiones, quæ partim ex ea ductæ sunt forma, qua se ostenderunt hominibus, partim uero à rebus humanis per allusionem trāsumptæ sunt. Sic enim legimus angelos ueluti satellites domini stipare latera, applaudere, succinere, uolare deniq; talarijs instructos, nunciare & renuñciare, aliã subinde atq; aliam speciẽ induere, salua tamen intus substantia propria, eam itẽ defuncto munere rursus exuere, & ad genium redire, monere, custodire, deducere, & in omnibus humano generi inseruire. Idcirco enim à Deo sunt cõditi, ut & cū Deo gaudeant, & humano generi inseruiant. Plura hic inseri possent: sed cessemus de hisce rebus, quæ reuera supra nos sunt, curiosius disputare, satis sit ista delibasse. Quin potius miretur quisq; apud se, & Dei ineffabilem in condenda angelica substantia, cū sapiẽtiam tuã potentia, & nunquam satis laudatam bonitatem, qua scitum est, ut miseris nobis mortalibus tam dignos & speciosos dederit ministros. Non enim satis fuit Deo uere opt. max. ut conderet hominem, & in hunc mundum, ceu paradysum, induceret, aleret, conseruaret, ac ornaret, nisi & angelos nobis adderet & ministros & custodes: imò & filium pro nobis traderet in mortem. Hæc inquam miremur, istis gratias agamus, deniq; uitam nostram sic instituamus, ut dignitatis & uocationis nostræ memores, cogitemus & angelos & Deũ ipsum

CHRITVS DEVS. 22

ipsum omnium operũ nostrorum astare testes & spectatores. Et hæc per necessariam digressionem hactenus: nunc ad ipsam rem redimus.

Propterea oportet nos uehementius attendere his quæ dicta sunt nobis, ne quando perfluamus. CAP. II

Hiscẽ tandem absoluitur sensus, qui ab initio u. cap. hactenus fuit suspensus: nunc enim palam quod uoluit infert, quasi dicat, Cum ergo filium nobis miserit Deus angelorum, imò uniuersæ creaturæ dominum, æquũ est, ut maximo animi feruore ea amplectamur, quæ tantus nobis tradidit legatus: uidelicet ne aliquando id nobis excidat quod docuit, uel perfluat, quod animis insidere uoluit. Videtur autem apostolus metaphoram à fluida sumpsisse papyro, quæ literarum characteres obscurius recipit, uel receptas protinus diffundit transmittitq;: ut & animo minus attento accidit, cui, nisi firmus sit & solidus, ea excidunt, quæ negligentius audierat. Ioannes Chrysostomus exponit, Ne quãdo pereamus, & allusum putat ad illud Solomonis, Fili mi ne effluas: quæ autem dilabuntur ea prorsus pereunt.

Etenim si is qui per angelos dictus fuerat sermo, fuit firmus, & ois transgressio & inobediẽtia iustam præmiij repensationem accepit, quomodo nos effugies

mus, si tantam neglexerimus salutem?

Causa est superioris, & ut supra indicauimus, huius argumentationis, ueluti maior propositio. Si (inquit) maiestatem & auctoritatem quandam, sed & certitudinem & robur habuit, quod per angelorum legationem docuit Deus: certè maiorem auctoritatem & grauius pondus habeat necesse est, quod per filiū angelorum dominum Deus orbi nunciauit. Et si dignas dederunt pœnas, qui uel angelicam uel propheti cam legationem aut aspernati sunt, aut ei non obedierunt: quanto dignioribus, grauioribusq; multabuntur pœnis qui tantam contempserint salutem? Nam Christus Iesus Dei filius illa ipsa salus est, & negotium Christi, quod negotium Euangelij est, illud salutare & uiuificum negotium est: ideoq; quisquis illud contempserit, grauius puniendus erit. Hic uero non erat opus copiosioribus exemplis. Nam satis constabat, omnibusq; Hebræis notus erat ille maiorum miserabilis in deserto interitus. De quo & ipse Apostolus satis prolixè disputabit in sequentibus, maxime in cap. 1.

Quæ cum initio quidem cœpit enarrari per ipsum dominū, ab ijs qui audierant, in nos confirmata fuit, contestante simul Deo signis & prodigijs & uirtutibus uarijs & spiritus sancti donis, secundum suam uoluntatem distributis.

Quia

Quia uero tantam dixerat salutem, obiter nunc per amplificationem (quod hæc res maxime faceret ad præsens institutum) ostendit quanta nam sit illa salus, deniq; & quàm rata, certa, & firma. Principio autem id demonstrat per authorem & professores, deinde uero & à signis & miraculis: argumentis in quibus à Pronunciatorum loco ductis. Dicit autem hanc Euangelij lucem salutemq; ab ipso rerum domino fuisse prædicatam: quare nihil potest augustius, nedum dici, sed ne cogitari quidem. Maximum enim est, quod ipse Dei filius in persona (ut dici solet) propria, Euangelium mundo prædicauit. Marcus enim, Venit (inquit) Iesus in Galileam prædicans Euangelium regni Dei, dicens, Impletū est tempus, instatq; regnum Dei, respicite ergo & credite Euangelio. Deinde uero illud ipsum Euangelium, sicuti propheta prædixerant, & Christus tradiderat, ita ab ipsis quoq; prædicatum est apostolis, quos delegerat Christus auditores, testes, & spectatores, cum operum omnium, tum doctrinæ uniuersæ. Illi enim posteaquam Christus, defuncto munere suo, cœlos conscendisset, in orbem diffusit, totum mundum prædicatione Euangelij repleuere. Sed ne istis quidem contentus Deus, uocauit & post istos omnes, & post cœptam etiam ac firmatam Euangelij prædicationem, apostolum Paulum, uirum primarium, qui Euangelium suum non didicit neq; ab ho-

Quomodo ad nos perlatum Euangelium.

Apostoli.

Paulus.

EXPOSITIO CAP. II.

mine, neq; per hominem, sed ab ipso cœlitus Deo. Cœlestis enim scholæ discipulus, recte meritoq; dixit: In nos confirmata fuit: sentiens Euangelium & ad se & ad Ecclesias indubitata fide perlatum. Hæc uero de

Miracula:

Euangelij autoritate primisq; professoribus. Iam uero ne quid à quoquam desyderari posset, ipse Deus prædicationem hanc multis ornauit signis, firmiorumq; reddidit prodigijs, uirtutibus, & donis spiritus sancti uarijs orbi cœlitus distributis. Notissima enim sunt quæ prodidit de Christi atq; apostolorum miraculis, & Euangelistarum & Actuum apostolorum monumenta. Tam firma, tam inquam certa est Euangelij doctrina: ut nunc maxime peccarit, qui tantam neglexerit salutem. Ita singula probe referuntur ad statum.

Signum.

Ceterum per Signum intellexit Apostolus (ni fallor) experientiam: quemadmodum eius quoq; usus est apud dialecticos & rhetores, qui pallorem, trepidationem, uestes sanguine conspersas, signa cædis appellitant. Ita usurparunt & angeli apud Lucam cū dicunt, Et hoc uobis signum, Inuenietis infantem, & c. Heluetij proprijsime uocamus signum ein wortzeychen, quod uerbis additur: uel ein warzeychen, quod res quibus additur firmet. Iam uero Non. Marcus cellus Prodigia ait esse Deorum iras uel minas: sed & Latini omnes Prodigium dictum uolunt quasi porro agendum uel prædicidium, quod semper aliquid mali præ

CHRISTVS DEVS. 24

presagiat. Hic tamen satis constat Prodigium accipi pro miraculo & re quæ sit præter expectationem & rerum penè naturam, quale illud est, quod mortui ad uiuos redeunt, cæci uisum recipiunt, claudi saluunt, et leprosi mundantur: non hærbis aut aliquo adiuti medicamine, sed solo uerbo curati. Imò ne quid obmitteret apostolus subdidit uarias uirtutes quoq;. Est autem Græce δὲναμις non ἀρετή. Vtrunq; uero uirtutem significat: uerum hoc, ut opponitur uitio, illud autem ut opponitur imbecillitati. Virtus igitur hoc loco potentia est, sed & maiestas, autoritas, & dicendi libertas. Dona aut spiritus sancti uaria sunt, ut copiosioribus indicauit apostolus in 1. ad Cor. cap. 12. eaq; diuidit Deus sicuti uult, huic liberalius, illi uero partius. Nec est qui Deū huius rei causa in ius uocare possit.

Dona spiritus.

Hæc uero omnia Euangelio adiuncta sunt testimonia, ne quis uel fidem, uel maiestatem, uel auctoritatem in eo desyderaret. Si enim propterea alicui religioni fides habenda est, quod docto orta sit auctore, uel magnis & laudatis propagata sit professoribus, uel admirandis roborata sit prodigijs, certe Christiana doctrina imprimis amplectenda erit: ut a pote, quæ authorem habeat, non angelum, philosophum, diuinum aut magnum alijs hominem: sed ipsum Dei filium: professores autem non profanos, inconstantes, comentiosos aut iactabundos Sophi

Autoritas Euangelij quant.

stas: sed diuinitus inspiratos prophetas, & spiritu Dei plenos apostolos: qui nō modo innocentia uitæ, sed & sanguine comprobauerunt quod docuerunt: nec hoc modo, sed & talia doctrinæ cœlesti addidere & signa & prodigia (operante per eos Deo) qualia non habuit uel uidit in orbe religio ulla. Pesime igitur cessarit nobis, si adeo sanctam, eximiam, certam, ratam, adeoq; indubitatam, incredulitate neglexerimus eum salutem tum doctrinam.

Disce item ex hoc apostoli loco signa addi doctrinæ, & non doctrinam signis attemperari. Signa enim per se nihil probant, maxime si scripturis contraria sint. Sic enim dicit in Deuteronomio dominus, Si surrexerit propheta & prædixerit signum atq; portentū, & euenerit quod locutus est, dixerit autem tibi, Eamus & sequamur Deos alienos, non audies prophetam, quia tentat uos dominus Deus uester. Dent. 13. Plura huius generis inuenias & apud Augustinū contra Petilianum Donatistæ Epistolam, cap. 16.

Non enim angelis subiecit orbem terræ futurum, de quo loquimur.

Hactenus absoluit argumentum huius negotij potissimum, Christum angelis esse maiorem: Sed angelorum sermonem nunquam impune fuisse contemptum: unde consequens sit & Euangelium, Christi sermonem, nō posse citra maximam aspernantium contemni iacturā:

con

cōsulto igitur facturos Iudeos, si Euangelij prædicationem neq; oderint, neq; tantum legatum contempserint. Quæ uero sequuntur potissimum etiam pertinet ad superiorem probationem, quod Christus angelis maior sit: sit tamen isdem etiam transitus ad causam consequentem, de uera Christi carne, quæ causa re ipsa naturaq; pendet ex rerum statu. Occasione enim ex præcedentibus accepta, ueluti digrediens, dissoluit, quod ex Psal. poterat obijci, Christum, prophete testimonio, infra angelos (ut sic dicam) esse minorem: proinde ostendit Apostolus quomodo dixerit propheta filiū angelis aliquanto esse minorem. Quæ expositione adactus mox etiam copiosius differit de causis humanæ naturæ à Christo assumptæ, quodq; ueram assumpserit carnem. Hic uero omnium consequentium status est, hic ordo. Annotandum porrò et illud, enallagen temporis inesse huic locutioni, De quo loquimur: id enim posuit, pro eo quod est, De quo sequenti testimonio loquimur.

Testatus est autem alicubi quidam, dicens, Quid est homo, quod memor es eius, aut filius hominis, quod inuisis illum? Fecisti eum paulò inferiorem angelis, gloria & honore coronasti eum, & constituisti eum super opera manuum tuarū. Omnia subiecisti sub pedes eius.

B

Authoritas signorum.

EXPOSITIO CAP. II.

Ascribit iam eum locum, quem nos diximus ex Psalmo esse petitū, qui reuera gratiarum actio laus & admiratio est potentiae bonitatisq; Dei, quod tam accurate miserū curet genus mortalium. Quae itaq; sunt omnium reuera hominum, ea apostolus per Catagogā peculiariter Christo tribuit, ut & alia hominis ornamenta decoraq;, per allegoriam, de resurrectione & regno Christi exponit. Sed audiamus ipsum apostolū, sancte de propheta uerbis differentem.

In hoc enim quod ei subiecit omnia, nihil omisit illi non subiectum. At nondum uidemus illi omnia esse subiecta.

Initio καὶ ἀντιθέσει, ἰστέφοντα, ἰσδὲμ prophetae uerbis, quae obijciebant aduersarij, probat Christum rerum esse dominū: quod de angelis (ut & supra audiuius) dici non possit, utpote quibus orbis terrae non sit subiectus. Argumentatur autem ex Toto & dicit, Qui dicit se omnia alicui subiecisse, is ne angelos quidem, imō nihil prorsus excepit, quod non subiecerit. Deus autem subiecit Christo omnia, ut ait propheta: itaq; nihil est quod Christo non sit subditum. Cæterum cū in praesentiarum nonnulla sint, quae ei non subiecta sint, prauenit obiectionem & ait, Etiam si in praesentiarum omnia Christo nondum sint subiecta, subijciet tamen is in futuro, qui dixit, Sede à dextris meis, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum.

De

CHRISTVS HOMO. 16

De qua subiectione scripsit & in 1. ad Cor. 15. cap. apostolus. Sic autē uides authorem etiam aduersariōrum uti argumento pro re sua, atq; ista omnia etiam nū referri ad superiorem probationem, Christum angelis esse maiorem: sequentibus uero desleclit ad aliud, & obiectionem tandem diluit.

Eum uero qui pusillum quiddam dī minutus fuerat infra angelos, cernimus Iesum, propter cruciatum mortis, gloriā & honore coronatum, ut per gratiā Dei pro omnigustaret mortem.

Demonstrat enim nunc eodē prophetae testimonio, Christū sanè angelis aliquanto esse minorē, sed addit, quomodo aut quare sit minor, quodq; id gloriā Christi nihil derogat. Minorem enim esse si quis spectet crucem & mortem, quae in angelos prorsus non incidunt. Hic tamen uelut per parenthesis intercludit, nihilominus ipsum gloriā & honore coronatū, id est, mox ab ipsa morte per resurrectionem declaratū esse filium Dei: adeoq; & ipsam mortem Christi, non peccatam multatū fuisse delicti, sed diuinae gratiae argumentū. Id enim sentit cū dicit, Ut per gratiam Dei pro omnigustaret mortē. Vnde iam claret gloriā Christi nihil obscuratam esse cruce & interitu, ut etiam se hac parte minor uideatur, maior tamen sit passi gloria quā si passus non fuisset. Neq; uero nescio apud

Quomodo
do Chris-
tus ange-
lis minor
sit.

Hebræos legi, Minuisti eum paulò minus à Deo: uerum hæc lectio sensu nihil discrepat à Paulina. Si quidem & ipse Christus testatus est Patrem se maiorem esse: quam rem ne ipse quidem dissimulauit maximus diuinitatis Christi assertor Athanasius, qui dixit, Aequalis patri filius per diuinitatem, minor patre secundum humanitatem.

Decebat enim eum propter quæ sunt omnia, & per quem sunt omnia, ut multis filiis in gloriam adductis, principem salutis illorum per afflictiones perfectum redderet.

Ansa igitur accepta ex professo nunc asserit uerum Christi carnem, & disserit de causis incarnationis eius. Primo, ut uideremus incarnatione adeò non obscurari gloriam Christi, ut ea mundo magis innotuerit. Secundo, ut nunc ostendat Christum uerum esse hominem, quem superiore cap. uerum demonstrauit esse Deum. Prior autem incarnationis & mortis Christi causa est ordinatio, consilium, & iusticia Dei, quæ hic propter maiestatem ineffabilem, periphrasice circumscribit, illum inquam, eum esse, propter quem & per quem sunt omnia, id est, qui sit omnium uita & essentia. Dicit ergo, Sic statutum erat apud Deum, imò id Dei exigebat iusticia, & sic decebat, ut Deus miserum genus mortaliu[m] non alia uia, quam per mortem Christi

2. Causa
assumpti
hominis.

Christi reduceret ab exilio in æternas sedes. Oportuit enim immundos ac imperfectos prius mundari & perfici, per eum, qui mundus erat, & perficere siue expiare poterat. Caro, imò totus homo perierat, Carne igitur & homine restituendus erat. Mortem meruerat homo, morte ergo redimendus erat. Denique corrupta erat omnis caro: proinde oportuit Dei descendere filium, & ex uirgine per sanctum incarnari spiritum. Quomodo enim moreretur, qui carnem non haberet? Atque hæc potissima est incarnationis dominicæ causa, de qua pluribus ipse disseret in sequentibus apostolus.

Quandoquidem & qui sanctificat & qui sanctificantur ex uno sunt omnes.

Christus sanctificat, id est, purgat, abluit, lustrat & emundat nos. Homines uero tanquam immundi sanctificantur. Iam ergo ne quis miraretur, quod dixerat afflictione siue cruce nos per authorem salutis Christum uere absolutos esse & perfectos, subiicit causam. Nam ex uno (inquit) patre Adam siue homine sumus omnes, tam nos qui sanctificantur, quam ille qui sanctificat Christus: hinc enim uere pati & affligi potuit, quod uerus nobiscum ex homine homofuit. Hac causa deducit Lucas genealogiam Christi ad Adæ usque generationem, ne unquam de uera ambigerimus Christi humana carne.

EXPOSITIO CAP. II.

Quam ob causam non erubescit fratres illos uocare, dicens, Annunciabo nomen tuum fratribus meis, in medio Ecclesie laudabo te. Et rursus, Et ero fideus in illo. Et iterum, Ecce ego & pueri, quos mihi dedit Deus.

Quam ob causam? quod ex uno nobiscum sit pater genitus non erubescit nos fratres appellare. Id uero clarissimis scripturae locis confirmat, ut ipsa Christi humanitas non minoribus, infirmioribus uel nitatur scripturae testimonijs, quam ipsa eius diuinitas, quam 1. cap. satis ualide confirmauit. Primum uero testimonium sumpsit ex Psal. 22. qui de Dauidе scriptus est: sed is typus fuit Christi, qui nos mortales nominat fratres, & gloriam Dei splendide in mundo per Euangelij praedicationem annunciauit. Secundum autem accepit ex Psal. 17. qui pariratione Christo aptatur per allegoriam, praesenti autem negotio sic accomodatur, si Christus purus duntaxat fuisset Deus, non homo etiam uerus, non dixisset, Ego ero fideus in illo. Quis enim sanae mentis dixerit Deum Deo fidere? Sed Christus Deo fedit: proinde secundum hominem fidat oportet, uerum itaque hominem esse Christum necesse est. Sed tertium testimonium mutuatus est ex Isaiae cap. s. eadem denuo Catachresi usus.

Posteaquam igitur pueri comertium ha-

CHRISTVS HOMO. 28

habent cum carne & sanguine, & ipse similiter particeps factus est eorundem, ut per mortem aboleret eum, qui mortis habebat imperium, hoc est, diabolus, & liberos redderet eos, quicumque metu mortis per omnem uitam obnoxij erant seruituti.

Applicat nunc negotio & instituto suo testimonia praecitata, maxime uero ultimū. Isthis autem exegetica epianaphora clarius repetit & exponit priorem illam dominicae incarnationis causam. Et per ueros quidem intelligit homines mortales, qui comertium habemus cum carne & sanguine, id est, qui reuera caro & sanguis sumus, ueri homines, qui carne & sanguine corpore & anima constamus. Eorundem autem ipse Christus particeps factus est, hoc est, prorsus nobis similis factus est. Id enim pollent isti in sacris usitati Hebraismi. Nam ad Philippenses absque omni huius rei inuolucro dicit Apostolus, Christus exinaniuit se ipsum, forma serui assumpta, in similitudine hominum constitutus, & figura repertus ut homo. Et haec quidem ueri hominis probatio est: sequitur nunc assumpti hominis causa, siue superius indicatae causae expositio. Assumpsit autem hominem, ut per mortem (que non poterat fieri, nisi in uero homine) solueret, euacuaret, & aboleret

Idiotismus

mortis & authorem & principem diabolum, hoc est
 (adduntur enim sequentia expositiue) ut absolueret
 & liberaret omnes eos qui peccatorum iugo oppres-
 si, nihil aliud quam peccati authoramentum, ipsam ui-
 delicet eternam expectabant mortem. Nam eterna il-
 la mors peccatorum nostrorum multa, corporali &
 innocenti morte Christi deuicta est, eaq; nobis per
 Christum spes data est, ut etiamsi semel corpore mi-
 grandum & moriendum sit, eterna tamen morte si-
 mus liberati. Atq; hic est fructus carnis dominicæ, de
 quo copiosius in Roma. apostolus cap. 5. 6. & 3. item
 Ioan. 6. 3. 11. & 12. Summa. Oportebat incarnari
 Christū, ut haberet quod pro nobis offerret, & holo-
 causto pprij corporis, mortales uitæ restitueret, & co-
 nuspiam enim angelos assumit, sed
 semen Abrahæ assumit.

Christus
 angelū nō
 assumpsit.

Epanaphora est & asseueratio uehementissima,
 quam extulit sententia ex contrarijs composita, ne
 cuiuspiam animus uel suspicari posset hominis uel hu-
 manitatis in Christo defuisse quicquam. Nuspiam (in-
 quit) legas in diuinis literis, quod Deus assumpsit an-
 gelicam naturā, uel spiritum uel corpus æereum. Nam
 per angelum intellexit omnem inuisibilem, subtilem
 aut spiritualem substantiam. Assumpsit autem homi-
 nem uerum, certè ex semine (ut omnis testatur scriptu-
 ra) Abrahæ, uerus homo existens, natus ex uero homi-
 ne,

ne, uirgine Maria. Caussam eius istis uerbis reddidit
 Tertullianus in libro de carne Christi. Christus (in-
 quit) salus hominis fuit, caussa scilicet ad restituendū
 quod perierat. Homo perierat, hominem restitui oport-
 fuerat. Ut angelum gestaret Christus, nihil tale de
 caussa est. Nam etsi angelis perditio reputatur in ignē
 præparatum diabolo & angelis eius, nunquam tamē
 illis restitutio promissa est. Nullum mandatum de sa-
 lute angelorum suscepit Christus à patre. Quod pa-
 ter neq; repromisit, neq; mandauit, Christus admini-
 strare non potuit. Hæc Tertullianus. Sed quomodo as-
 sumpsit semen Abrahæ Christus, docuere copiosio-
 ribus Matthæus atq; Lucas.

Nos autem cum ex hoc Pauli loco tum ex alijs scri-
 pturæ testimonijs, deniq; ex ipsis definitionibus Eccle-
 siasticis credimus & confitemur, quod tantum filius
 humanam assumpsit naturam, non pater, non spiri-
 tus sanctus. Quia non conueniebat ut ad alium tran-
 saret filij nomen, qui non esset eterna natiuitate filius.
 Sed & unum cōfitemur filium non duos. Ideo qui erat
 in diuinitate Dei patris filius, eum oportebat fieri in
 homine hominis matris filium. Dei ergo filius factus
 est hominis filius, natus secundum ueritatem nature,
 ex Deo Dei filius, uerus Deus, & secundum ueritatē
 nature ex homine hominis filius, homo uerus: ut ueri-
 tas geniti non adoptione, non gratia, non appellatio-

Confessio
 de domini
 cę incarna-
 tionis fas-
 cramento.

EXPOSITIO CAP. II.

ne, sed in utraq; natiuitate filij nomen nascendo habere, essetq; uerus Deus & uerus homo unus ille filius. Non enim duo Dij sunt, non duo filij, non duo Christi, sed Deus & homo unus filius, qui propterea unigenitus appellatur. Manet enim in duabus substantijs siue naturis, sicut ei conculit ueritas nature. Non confusis naturis neq; immixtis, sicut Timothiani uolunt, sed societate unitis. Proinde Deus hominem assumpsit, homo in Deum transiuit, non uersibilitate nature, sicut Apollinarista dicunt, sed Dei dignatione, qua factum est, ut nec Deus assumendo hominem mutatus sit in humanam substantiam, nec homo in diuinam, glorificatus sit in Deum. Quandoquidem mutatio & uersibilitas nature, & diminutionem & abolitionem substantie facit. Ita quoq; Dei filius ex homine natus est, non per hominem, id est, ex uiri coitu, quemadmodum opinabatur impijssimus Hebion, sed carnem secum traxit ex illibata uirgine Maria. Neq; enim e caelo secum illam tulit, ut negatur cum Euthyche Martion; Neq; phantasma fuit, ut Valentinus mendacissime dixit: Neq; sic natus est ex uirgine, ut & diuinitatis initium homo nascendo acceperit, quasi antequam nasceretur ex uirgine Deus non fuerit, sicut Arthemion, & Berillus, & Marcellius tradiderunt: sed eternus Deus & homo ex uirgine natus est, qui uerum & solidum & humanum corpus gessit, ue-

rus

CHRITVS HOMO. 30

rus homo ex uero natus homine, sicut & uerus Deus ex uero genitus est Deo. Quia scriptum est, Verbum caro factum est.

Vnde debuit per omnia fratribus similis reddi.

Qua concomitantia adhuc euentius demonstrat Christum induisse uerum hominem: utpote qui per omnia, excepto peccato, nobis sit similis factus. Ideoq; ut carnem habuit sensibilem, sic animam rationalem, animam inquam non absq; sensu & ratione, ut Apollinaris aiebat, neq; carne absq; anima, cuius loco fuerit diuinitas, ut sentiebat Eunomius, sed animam tanquam uerus homo cum ratione sua habuit, & carnem cum sensibus suis, per quos sensus ueros in passione, & ante passionem carnis sue dolores, secundum Isaiam uaticinium, sustinuit. Ideo & corpus Christi finitum & circumscriptum, & in loco constitutum sit oportet. Sumus enim etiam nos in loco. Ideo indoluisse, sitisse, esurisse, fesse, lassatum esse, gaudio suffusum, ira & indignatione turbatum, infirmitate (quam pro miseria semper, & non pro peccato accipimus) debilitatum, deniq; & tentatum esse & mortalem factum legimus. Ideo etiam uidemus quod hunc hominem quem semel induit nunquam amisit, nunquam exiuit, ne per resurrectionem quidem. Corpus sane clarificatum est, sed non ideo annihilatum est: mutata sunt accidentia, sed

De uero
Christi
corpore.

EXPOSITIO CAP. II.

ipsa mansit substantia, Nam corruptibile incorrupti-
bilitatem induit: unde & ipsum quoq; clarificatū cor-
pus circumscriptū mansit. Solus enim Deus infinitus
est. At caro Christi in Deum conuersa non est, quod
conuerti in aliud finis sit pristini: finita igitur & loco
conclusa est. Si enim à resurrectione corpus gessisset
infinitum, iam ne corpus quidem fuisset, sed ne ipsa
quidem nostræ carnis resurrectio aliquid esset.

Corpus
Christi cir-
cūscriptū.

Videant ergo quid nudentur qui sua illa in pane
corporali presentia, & ueram Christi carnem negāt,
& resurrectionem carnis nostræ labefactant. Etenim
si corpus Christi uerum & naturale, uere & natura-
liter ubiq; est, ut incircumscriptum esse oportet: si si-
mul & semel in omnibus per orbem hostijs corpora-
liter siue substantialiter est, iam uerum Christi cor-
pus, amplius uerum corpus non est. Tolle enim (ut Au-
gustini uerbis ad Dardanum utar) locorum spatia in
corporibus & nusquā erunt, & quia nusquam erunt,
nec erunt: tolle ipsa corpora qualitatibus corporum,
non erit ubi sint: & ideo necesse est ut non sint. Est au-
tem corpus Christi, corpus uerum, unde & loco cir-
cūscriptum, quocirca neq; per omnes singulasq; ho-
stias naturaliter diffusum. Rursus si corpus Christi
clarificatum, nullo concluditur loco, sed per omnia se
Dei in morem diffundit, iam & corpora nostra ubiq;
erunt: quando quidē talis esse debet corporum nostro-

runt

CHRISTVS HOMO. 31

rum resurrectio, qualis erat Christi resurrectio. Por-
ro si corpora nostra ubiq; erunt, ne corpora quidem
erunt: sic neq; ipsum Christi corpus, corpus fuerit. Si
uero id uerum est, iam concidit fidei nostræ articulus,
quo credimus Carnis resurrectionem. Resurget autem
caro nostra, sicut Christi resurrexit. Verum de illa di-
cunt angeli, Surrexit, non est hic, ecce locus ubi posue-
runt eum. De hac dixit ipse etiam Christus ad discipu-
los, Videte manus meas & pedes meos, quia ego ipse
sum. Conuertate me & uidete, quia spiritus carnem
& ossa non habet, sicut me uidetis habere. Proinde cer-
tum est, corpus Christi etiam clarificatum in loco esse,
& proinde uerum corpus esse: ueram igitur fore et
resurrectionem carnis nostræ, & ideo falsissimam isto-
rum opinionem esse qui aiunt clarificatū corpus Chri-
sti contineri in sacramento altaris. Cum reuera illa,
quæ est in cœna Christi presentia, non sit substantia-
lis, naturalis uel localis, sed potius spiritualis ac sacra-
mentaliter. Fides enim absentia loco, presentia uidet in-
tellectu. Sed hæc obiter.

ut misericors esset & fidelis pontifex,
in ijs quæ apud Deum forent agenda, ad
expiandum inquam populi peccata.

Posterior hic assignatur incarnationis causâ. Pri-
or fuit, ut haberet quod pro nobis offerret, & mortē
morte perimeret. Posterior autem ut in omnibus ijs

2. causâ
assumpti
hominis.

EXPOSITIO CAP. II.

Epilogus.

Et hucusq; differuit de uera humanitate Christi, idq; miro & felici ingenio. Imprimis enim admirabile est illud, quod caput ueræ religionis, Christum uidelicet uerum esse Deum & hominem obiter, & aliud interim agens, adeo solide, adeo & absolute tractarit, ut nihilominus extra oleas, quod dici solet, non cucurrerit. Institutum enim Pauli erat hortari Hebræos, ut Christum per Euangelij suscipiant prædicationem. Præstat autem eum agnoscere, quem amplectaris, proinde suo loco & necessario tantis de Christo differuit, ne illi incognitum per imprudentiam inscitianue aspernarentur. Quid quod ista eorum quoq; firmæ sunt fundamenta, quæ mox de sacerdotio & sacrificio Christi sequentur? Nemo enim alius coram Deo fungi potuit sacerdotio, quam ipse Dei filius: sed & nullum aliud sacrificium Deo placere potuit quam assumptæ, de illibata uirgine, carnis holocaustum: oportuit itaq; mediatorem hunc uerum esse Deum & hominem: quo fit ut propriissime & commodissime tantis de utraq; in Christo natura differuerit.

Proferant autem uel unum ex Cicerone, omnium oratorum principe, locum, qui sic prophanis addicti sunt, ut à sacris tanquam barbaris abhorreant: proferant inquam unum locum, qui huic Paulino possit eruditione, uel elegantia, proprietate, perspicuitate & maiestate, cum rerum tam uerborum, conferri, quod si neque

CHRISTVS DOMIVS. 33

queunt, ut sanè non poterunt, discant etiam sacris suis deferre honorem.

Vnde fratres sancti, uocationis cœlestis participes, confyderate apostolum & pontificem confessionis nostræ Christum Iesum. CAP. III

Pulchre redit ad exhortationis caput, illationemq; iterato ingerit, adhortans ut Christum agnoscant & Euangelium non respuant. Caterum quo magis gratiæ & fauoris & sibi & causæ accederet iudicantes appellat fratres, eosq; sanctos etiam uocat, quos alibi nominat credentes: sanctos quidem quod (ut in Corinthiis ait) sanguine Christi & sancto Dei spiritu sint sanctificati. Idem dicuntur participes uocationis cœlestis, eò quod ab ipso Deo, per unicum filium, cœlestus uocati sint ad hereditatem uitæ æternæ. Porro filius Dei ob salutiferam Euangelij functionem, apostolus siue legatus cognominatur. Nam & in Romanis, illud (inquit) dico Iesum Christum ministrum fuisse circumcisionis pro ueritate Dei, ad confirmandas promissiones patrum: & ut gentes pro misericordia glorificent Deum. Pontifex enim uocatur, quod intercessor & mediator sit Dei & hominum: ut in 5. cap. dilucidius patebit. Quod autem filius orbi & doctor & redemptor missus sit, confessionis, hoc est, fidei & religionis nostræ summa, caput, & fundamentum est.

Christus
apostolus,

Breuiter, hic est illationis huius sensus, Cum ergo filium coelitus miserit Deus, filius uero legationem suscepit, hominem induerit, doctorem egerit & redemptorem, itaq; ad aeterna uocarit gaudia: age praecursum sequamur, uocantemq; non contemnamus, imò agnoscamus hunc esse uerum populi Dei apostolum, ducem, & pontificem, id enim fidei religionisq; nostrae professionem decebit.

Quod fidelis sit ei qui ipsum constituit, quemadmodum & Moses in tota doctrina ipse.

Fidelitas
Christi in
agendo.

Auget dignitatem Christi, & urget negotium praesens collatione siue exemplo. Nam Mosi confert Christum: qua collatione pulchre (ut audiemus) ad id progreditur, quo probat Christum Mose maiorem esse. Hic uero si (ait) Mosi administrationem commendauit fidelitas, diligentia & sedulitas, cur non & Christi administratio suae praedicatio nobis esset commendatissima? utpote quae non minorem in agendo arduum & diligentiam fidelitatemq; habuerit, quam Mosi. Est autem fidelitas potissimum & maxime necessarium in docentibus ac proceribus populi donum. Nā

2. Corin. 4

in Corinthiis, Sic nos aestimet homo (inquit) ut ministros Christi, & dispensatores mysteriorum Dei. Quod superest autem, illud requiritur in dispensatoribus ut fidus aliquis reperiat. Summum itaq; ornamentis

namentum & quod functionem nostram maxime commendat est fidelitas.

Tanto enim maiore gloria hic praefere Mosi dignus est, quāto maiorem honorem habet is qui domū cōstruxit, quā ipsa domus. Omnis enim domus constructur ab aliquo: qui autem omnia condidit Deus est.

Neq; uero hoc contentus Apostolus quod Christum aequasset Mosi, quim istis nunc Mosi Christum quā longissime praefert: ita aliud quoq; impedimentum, quod Hebraeos remorari poterat, remouens. Quemadmodum enim superiori tractatione Hebraeis extorsit illam de angelorum legatione iactantiam: ita nunc quoq; eripit illis, quam falso in Mosē habebant confidentiam. Iactabant enim & hic (ut etiam in argumento monuimus) se Moseos esse discipulos, cui locutus sit Deus, Iesum uero istum se prorsus ignorare. Cum reuera sic essent Moseos discipuli, ut erant Christi discipuli. Vere etenim in Euangelio dixit dominus, Est qui accuset uos Moses in quo speratis. Si enim credidissetis Mosi, credidissetis utiq; mihi, de me enim ille scripsit. Si autem illius scriptis non creditis, quomodo uerbis meis credetis? Ioannis Ideoq; ut insolentibus cristas conuelleret Apostolus, probat Christum, ut angelis, sic Mose etiam esse

maiolem: idq; allegorico quodam ænigmatē, quo & diuinitatem Christi obiter subindicat. Nam per domum intelligit mundum, per fabricam creationem, & per ædificantem Deum conditorem. Iam ergo sic colligit: Aedificans maior est ipsa domo, Christus autem ædificans est, ergo Christus ipsa domo maior est. Verum nullius pensi hoc fortassis argumentum fuerit, nisi intelligas ædificantem (ut monuimus) hic appellari Deum conditorem. Nam Paulus, Omnis enim domus (inquit) construitur ab aliquo: sed qui omnia condidit Deus est. Per Christum uero condita sunt omnia, ergo Christus Deus est, & proinde etiam Moses maior est.

Et Moses quidem fidelis fuit in tota domo illius, ueluti minister in testimonium eorum quæ post dicenda erant. At Christus tanquam filius administrauit domum ipsius,

Argumentum hoc à comparatis ductum ad euidentiā facit superioris. Comparat enim nunc Mosē & Christum inter se, sed ita ut Christum denuo Mosi longe præferat. Nam Mosē uocat seruum, Christum autem filium. Maxima autem est inter seruum & filium distantia. Maximum igitur inter Mosē & Christum, si dignitatem spectes & conditionem (doctrina enim eadem) discrimen est. Nam quo dignior est filius ser-

uo,

uo, hoc maior Mose Christus. Poterat sanè tota hæc Pauli argumentatio in hanc formam colligi, Dominus minor est ædificante: minister domus minor est ipsa domo: ergo minister minor est ædificante. Et per expositionem, Moses minister est: Christus ædificans est: ergo Christus Mose maior est. Quid quod ipse Moses, non modo de ijs, quæ paulò post Euangelio tradebantur, testimonium tulit, sed & palam toti orbi Christum proposuit uelut sydus unicum, potissimum cum post multa dixit: Futurum est, ut omnis anima, quæ nõ audierit prophetam illum, exterminetur à populo. Deuter. 18.

cuius domus sumus nos, si fiduciam & gloriationem spei ad finem usq; firmam tenuerimus.

Clauis est quo superior allegoria reseratur, Nos (inquit) si modo uere credamus, illa domus Dei, de qua diximus, sumus. Nam in 1. ad Corinth. 3. cap. dicit Apostolus, Templum Dei sanctum est, quod estis uos: sed si in uera fide ad finem usq; perseverauerimus. Qui enim perseverauerit (ut dicit in Euangelio Christus) usq; in finem, hic saluus erit. Idem asseuerat Ezechiel cap. 18. Et Apostolus multo magis dixit, & τοὺς ἕκαστος ἑλπίδος quàm Latini assequantur. Loquitur enim de insigni illa & infallibili spe fidelium, qua certo norunt se Dei esse filios. De qua spe & in

EXPOSITIO CAP. III.

Rom. apostolus, Non solum aut hoc (inquit) uerum etiam gloriamur in Deo per dñm nostrū Iesum Christū, per quem nunc gloriationem assequuti sumus. Rom. 1.
 Hinc uero discimus ecclesiam, quæ domus Dei est, sanctorum, hoc est, fidelium collectio & cætus, quod inquam ea, ut solida in Deum fide nititur, sic eadem ex fide per uerbum ueritatis nascatur. Fide item constat & mundū uincat: ut nō frustra dixerit apostolus, Hæc scripsi, ut noris quomodo oporteat te uersari in domo Dei, quæ est Ecclesia Dei uiuentis, colūna & basis ueritatis, quam dilexit Christus, & exposuit se pro ea, ut illā sanctificaret, mundatā lauacro aquæ per uerbum, ut adiungeret sibi ipsi gloriosam Ecclesiā, non habentem maculam aut rugam, aut quicquam eiusmodi, sed ut esset sancta & irreprehensibilis. Huius domus & Ecclesie caput, pastor, sponsus, uita, uis & salus est Christus Iesus. In hac Moses, Propheta & Apostoli ministri sunt. Verbum Dei, uitæ regula, lumen, lex, & studiorū institutio. Hæc domus illud ipsum ouium Christi ouile est unicum, cuius ostium Christus est, qui dicit, Per me si quis introierit, seruabitur, & ingredietur & egredietur, & pascua inueniet. Iccirco extra hanc uerā Christi Ecclesiam, nulla salus est, nulla fides, nulla ueritas, nulla religio uera. Pontificia enim Ecclesia in qua ipse pontifex caput, legislator, iudex, prorsus & pupis deniq; omnia unus est, cacodemoniis

De Eccles
 ia Christi.

1. Tim. 3

Eph. 5

Eph. 2

Ioan. 10

uis

CONTEMPTVS VERBI. 36

nis & schismatica Ecclesia est, à uero capite Christo, à ueritate scripturarum, & fidei unitate auulsa, suis fundata legibus, decretis, ceremonijs & humanis stultitijs: ut ab alijs copiosius disputatum est.

Quapropter sicut dicit spiritus ille sanctus, Hodie si uocem eius audieritis, ne obduretis corda uestra, sicut in exacerbatione, in die tentationis in deserto, ubi tentauerunt me patres uestri, probauerunt me & uiderunt opera mea quadraginta annis. Quapropter offensus eram generationi huic, & dicebam, Semper errant corde, ipsi uero nō cognouerunt uias meas, sicut iuravi in ira mea, si ingresuri sunt in requiem meam.

Quapropter siue dñō particula, nihil peculiari-
 ter infert, sed connectendi nota est. Hactenus enim demonstrauit Christum etiam Mose esse maiorem, ne quid superesset quo Hebræi uel gloriari possent, uel à cognitione Christi impediri: iā uero producit prophetica ex Psal. 94. uerba, eaq; tractat dignissime, & ita presenti suo accommodat instituto, ut te singula nō audire, sed corā conuerti putes. Monet autē Hebræos, istis, ueluti uiuo exēplo, Christū suscipiāt, & Euangeliū nō cōtemnant: quippe qui uideant patres suos tanta scue-

F 4

EXPOSITIO CAP. III

ritate esse punitos, quod uidelicet Mosis tantum legationem contempserint: siquidem uerisimile esse & se multo inclementius fore puniendos si eum aspernari perrexerint, qui etiam Mosis dominus sit.

De exemplo maiorum sum.

Vides autem quid possit maiorum exemplum uel factum, si non sit cum honesto, iusto, & uero coniumctum. Si itaq; falsa uel scripturis aduersa sit patrum religio, ne imitemur, ne iactitemus. Nulla etenim ualeat patrum contra ueritatem autoritas: ueritati nulla praeiudicat consuetudo, nulla uetustas: quod & Laetantius diserte persecutus est Instit. diuina. lib. 2. de erro. orig. cap. 7. Itaq; istis illam quoq; subruit Hebraeis gloriationem, qua ut patres subinde iactitabant, ita sancte asseuerabant, se, quod religionem attineret, in uis patrum ambulaturos. Quod si facere perrexerint, indicat hoc loco Apostolus, quid ipsis certo sit euenturum: idem prorsus quod obstinatis maioribus, miserabilis uidelicet interitus. Non enim Abraham & sanctorum imitabantur (ut & Christus indicat) uestigia, sed eorum patrum, qui & Deo recalcitrarunt et prophetas persecuti sunt.

Neq; uero dubitarim Paulum ista non citra epinaphoram inseruisse ac resumpisse. Audi uinuis enim in 2. cap. initio inobedientiam patrum olim à Deo horribiliter esse punitam. Parce uero id tunc perstrinxit, idem ergo nunc praesenti prophetae testimonio copiosius

CONTEMPTVS VERBI 37

suis retractat & exponit. Ipseq; quantum praesenti satis est negotio, prophetae uerba enarrat, ut nostris non sit opus interpretamentis. Sic enim subiungit.

Videte fratres, ne fortasse sit in ullo ueritatem cor deprauatum incredulitate, ut desciscat à Deo uiuente, sed exhortemini uos inuicem quotidie, quoad appellatur dies hodiernus, ne quis ex uobis induretur seductione peccati.

Hæc omnium summa est, hic scopus, quem ad morem Hebraicum praenittit, & consequentia omnia ad eum dirigit. Propterea (inquit) adduxi hoc exemplum, ut quisq; apud se probe curet, ne incredulus sit Dei negotio. Incredulitas enim efficit, ut à uero, uiuo, & aeterno Deo turpiter deficiamus. Id quod non tam ex hoc patrum liquet exemplo, quam ex Ade protoplasti nostri lapsu. Is enim cum plus crederet serpentinis lenocinijs quam uerbis Dei, à Deo & promissione eius excidit, calamitatis nostrae author factus: qui proculdubio ipsi etiam peribimus, si Euangelio per Christum annunciato repugnauerimus. Quid igitur fiet? Sed exhortemini (ait) uos inuicem quotidie. Idem autem dicit quod supra, sed uariata oratione per oppositum membrum, sentiens conferre plurimum, si per hanc breuem & inbecillam, quæ adhuc supersit, uitam, omni studio nos in-

vicem ad fidendum Deo & uerbis eius cohortemur, ne quis tandem incredulitatis scelere (id quod fieri solet) induretur, ut deinceps per omnem uitam, nihil aliud quàm desperate uiuere possit.

Christi participes facti sumus, si sanè initium substantiæ usq; ad finem, firmū tenuerimus.

Perseuerantia.

Quādo uero ex pijs multi essent (uidetur enim hæc ad piñiores fieri apostrophe) qui Christi iactabant cognitionē, interim tamen parū, aut prorsus nihil in cœpto pergerent itinere, & nonnunquā etiā in media cōciderent uia, Nō satis est (inquit) bene cœpisse, nisi & bene cœpta, perficiamus uita illibata & firma cōstantia. Perseuerantia enim in fide in primis est necessaria, & sine qua fides non est fides, sed magis opinio uana. Paulus enim sanctum fidei initium, propterea uocauit initium substantiæ, quod fides uera, subsistentia, certa expectatio, ipsa certitudo & ἀκροπορτία quedam sit, ut audiemus in cap. ii. Porro de fidei augmento, cuius hic fit mentio, differuit dilucide admodum apud Marcū dominus, similitudine inducta seminis, quod initio herbam, mox spicam, postremo autem frumentum in spica progerminat. Discamus igitur & nos in fide constantes esse, & non modo uerbū Dei audire, sed etiam custodire illud. Tum enim sapienti uiro similes in petram edificauimus &ificium aduersus omnes

omnes tempestatum procellas duraturum. Matth. 7.

In hoc dicitur, Hodie si uocem eius audieritis, ne obduretis corda uestra, sicut in exacerbatione. Nam quidam cum audissent exacerbauerunt: at nō omnes qui profecti fuerant ex Aegypto per Mosen.

Alij legūt, In hoc quod dicitur. Sed abundat quod, & obscurat sensum. Paulus enim scripsit ἐπὶ τῷ λέγειν, id est, in hoc dicitur, hoc est, huc iam pertinet illud, quod ex propheta citauimus. Hodie si uocem eius audieritis. Sentit enim eō spectare prophetica cōhortationem, ne animum ad Euangelij prædicationē obduremus, sed ut initium substantiæ ad finem usq; firmum teneamus. Nunc enim exponit uerba prophete, eaq; suo accommodat instituto, demonstrans incredulitatem patribus in deserto cladis & interitus fuisse causam: præstare itaq; ne obduremus corda ad prædicationem Euangelij, sicut in exacerbatione, id est, sicut eo accidit tempore, quo & ipsi Iudæi amaro præditi animo, erga Deum ingrato murmure prouocarunt benefactorē, & ipse Deus eorū murmure & ingratitude ne exasperatus, obstinatis uehemēter succenseret. Nā erant tūc quoq; (ait Apost.) qui animis admodum infestis intellectæ resistebant ueritati, quāquā suo maximo malo. Erant & alij qui solida fide perstiterūt, qui & in terram promissam introducti sunt, quorū exemplū imitari præstat.

Quibus autem infensus fuit quadraginta annis: Nonne his qui peccauerant, quorum membra conciderunt in deserto? Quibus autem iurauit non ingressuros in requiem suam: nisi his qui non obedierant.

Idem dicit quod iam dixerat, propter incredulitatem patres eorum esse peremptos: sed orationis habitum interrogatione figurat et uehementiorem efficit, ut nunc singula miram spirent uehementiam. Primo etenim dicit Deum illis non modo iratum fuisse, sed etiam infensum: hoc est, incredulitatem patrum Deo concituisse nauseam. Est enim $\pi\rho\sigma\sigma\omicron\chi\theta\epsilon\pi$, quo uerbo uitur Paulus, tedium et molestiam capere ex re aliqua. Secundo autem loco et aliud subijcitur ardentius, in hac uehementi indignatione, Deum etiam iurasse, Si introibunt in requiem meam. Quod locutionis genus, et ipsum, stomachum et apostrophen habet pathetica, cui nostra respondet lingua cum dicimus, ja schenck ich dir das, intelligimus enim aliquid, uel, iam male desperam, uel aliud eiusmodi quiddam. Ita hic quoque per indignationem iurat dominus incredulos nunquam ingressuros esse in requiem. Hanc rem satis alias ardentem magis adhuc incendit tempus, quod uidelicet quadraginta annis in deserto oberrarunt: item modus et locus, quod et in deserto hoc misere tandem conciderunt, uel peste, uel gladio absumpti, et nonnunquam terra

Macrobius
us Satur.
lib. 4. cap.
3. 4.

terra absorpti, nonnunquam uero et fulmine attacti atque extincti: tandem uero, quod omnium erat miserium, ipsa etiam requie frustrati. Hec inquam omnia deplorata certe et supra modum misera, ijs obuenere qui peccauerant, hoc est, uerbo Dei, per Moysen predicato, non crediderant: unde liquet quantum malum sit nuncio Dei repugnare. Incredulitas enim omnis mali uis, seminarium, et robur est. Unde et Sauiel ad Saulem tanta constantia dicebat, Nunquid uult dominus holocausta et uictimas, et non potius ut obediatur uoci domini? Melior est enim obedientia quam uictima, et auscultare magis quam offerre adipe arietum. Quoniam quasi peccatum huiusmodi est repugnare, et quasi scelus idololatrie, nolle acquiescere. 1. Sam. 15.

Et uidemus quod non potuerint ingredi propter incredulitatem.

Et accipitur pro ergo, uel pro sic: ut sit uel inferentis nota, uel repetentis in hunc sensum, Sic inquam uidemus, quod illi per incredulitatem non potuerint ingredi in requiem. Sic etenim ad finem expositionis pulchre appendit, quid nam istis prophete uerbis effectum uoluerit: adeo ut clausula et epiphonematis specie habeat sententia. Sed ipsam rerum summam illatione consequenti dilucidissime sic infert.

Metuamus igitur ne quando derelicti CAP. III

EXPOSITIO CAP. III.

Et a promissione introeundi in requiem eius, uideatur aliquis ex nobis fuisse frustratus.

Cum igitur (inquit) patres uestri propter incredulitatem requie pollicita sint exclusi, cauendum est uobis, ne etiam uos ab ea per inobedientiam excludamini. Allusit autem uerbo ὑσπνεύειν ad eos qui committes, per torporem animi, uel inertiam corporis, incepto itinere assequi non possunt.

Etenim nobis id quoque nūciatum est, quemadmodum & illis.

Promissiones ueterū spiritualiter nostrę.

Ne quis obijceret, quid uero mea retulerit uel maius incredulitas, uel illis pollicita requies? Præuenit id, & sibi hunc propheta locū contra Iudaicam uendicat proteruiam, & ait, Quod autem hortamur ut ad promissam properetis requiem, inde est, quod illa requies non minus nobis quā patribus nostris proposita est. Hinc enim Paulus significatissime Euangelij uoce usus est, scribens, καὶ ἡμεῖς ἐν κηλεῖσιν ἡμεῖς, καὶ ἡμεῖς καὶ ἡμεῖς, hoc est, ut uerbum uerbo reddam, Etenim sumus Euangelisati, sicut & illi: id est, id beneficii de requie, non minus nobis quā illis nūciatum est. Vel, hoc beneficio non minus nos donauit Deus, quā illos. Valeant itaque qui ueteris instrumenti scripta, non nobis etiā, sed ueteribus duntaxat scripta esset produnt. Nam uel hic locus satis coarguit ea, quę spiri-

CONTEMPTVS VERBI. 40

spiritus fidei & charitatis sunt, prorsus non esse abrogata. Non enim nunc dicam quid alijs in locis, nempe ad Rom. 4. 15. 2. Timoth. 3. de hac re scribat idē Apostolus Paulus: siquidem ad expositionem redeundum est.

At non profuit illis audisse sermonē, quod is non esset cum fide coniunctus, ijs qui audierant.

Aliū hic tollit errorem. Sed istis (ait) nō profuit promissio, propterea quod promittenti Deo nuncijsque eius non crederent, imō ipsum Mosen aspernarentur, & contra Deum ipsum murmurarent. Sic ne uobis quidem profuerit audiuisse Euangelium, nisi etiā fidei cordi inscribatis quod audistis. Nam & D. Iacobus, Sitis effectores (inquit) sermonis, & non auditores tantū. Docuit & in Corinthijs Apostolus, ueteres quidem baptizatos esse & sacris cibatos mysterijs: sed ideo non absolutos fuisse, plurimos enim ira Dei cōcidisse in deserto. Nihil igitur & nobis profuturū sacris initiatos esse mysterijs, nisi etiā uera fide Deo totis adheremus uiribus. Annotauit hoc loco & illud Erasmus, καὶ συγκραμενός, id est, non contemptus, idē ualere, ac si dixisset, non apte coniunctus, ueluti anima corpori coniungitur temperatura quadam. Esse enim fidem ueluti auditus uitam. Iacobi 2.

Introimus enim in requiem nos qui

credidimus, quemadmodum dixit, Si-
cut iuravi in ira mea, si ingressuri sint in
requiem meam.

Quasi dicat, Idcirco fidem uerbis Dei habendam
doceo, quod id duntaxat qui credunt, ueram requiem
introeunt. Nam qui non credunt, à requie exclusi sunt.
Quod argumentum duxit à contrarijs. Iam enim quod
superius cœperat, pergit ostendere Apostolus, pro-
pheta locum non modo intelligendum esse, de requie
externa terræ Chanaan, sed magis de æterna quiete
per Iesum, non equidem Naue filium, sed Dei filium,
paratam. Quo simul hæc duo perstringit, quæ sit uera
requies: & qui nam huius sint participes. Atq; hic cõ-
sequentium scopus est. Instituit autem hanc disputa-
tionem propterea, quod apud Hebræos propheta uer-
bis nihil uidebatur egisse, nisi simul & illud probas-
set, quod ea quæ de requie à propheta erant scripta,
ad nos quoq; non ad ueteres duntaxat, pertinerent.

Et sanè operibus ab ipso mundi exor-
dio factis. Dixit enim in quodam loco
de die septimo sic, Et requieuit Deus die
septimo ab omnibus operibus suis.

Ioan. Chrysostomus hom. in Hebræos Pauli 6. Tres
(inquit) requies esse dicit: Vnã sabbathi, qua Deus re-
quieuit ab operibus suis. Secūdã in Palestina, in quã
ingressi Iudæi requieturi erant ex miseria multa & la-
boribus

boribus. Tertiam quæ reuera est requies, hoc est re-
gnum cœlorum, ad quam quos peruenire contigerit,
reuera requiescunt à laboribus & difficultatibus suis.
Harum trium igitur mentionem facit, ut ostendat pro-
phetam de hac dicere. De prima enim non dixit, utpo-
te quæ olim facta sit. Sed neq; de ea quæ in Palestina
fuit. Nam dixit, Non introibunt in requiem meam.
Restat igitur tertiam hanc esse reliquam. Nam & Da-
uid post generationem eorum qui terram Chanaan
ingressi sunt dixit, Hodie si uocem eius audieritis ne
obduretis corda uestra. Hinc enim clarum est, quia
est quædam requies. Si enim iam acceperant requi-
em quæ erat in Palestina, quare eis iterum dicit Ho-
die? Quæ est ergo alia requies, nisi regnum cœlorũ,
cuius imago & umbra est sabbathũ? Hæc omnia Chry-
sostomi sunt. Poterant autem hæc Pauli uerba simpli-
cius etiam tractari, hoc, ni fallor, quem indicabimus,
modo.

G. Budæus in doctissimis illis suis de lingua Græca
cõmentarijs, copiose tradidit uarium apud authores
huius dictionis καίρι usum. Hinc transtulere quidam
Licet, alij Quinquã, alij Verò, & sanè. Certè exposi-
tiua uidetur esse particula: uidetur & orationi ines-
se quædam ἐκλειψις, hoc est, defectus. Nam hic est a-
postoli sensus, Introimus in requiẽ nos qui credimus,
& sanè in eam quam Deus iactis mundi fundamentis

EXPOSITIO CAP. III.

ingressus est. Nam scriptura manifeste testatur Deum septima tandem die requieuisse. Et si hic uerus & genuinus sensus est, ut sanè contextui nō inepte innectitur, iam testimoniū illud, Sicut iuravi in ira mea, &c. per parenthesim uidebitur insertum. Sed uideamus quomodo cohereant cum consequentibus. Et in hoc iterum, id est, ad hanc quietē Dei eternam (nam & ipsa terra Chanaan istius quoque typum gessit) uocauit eos, qui duce Mose ex Aegypto sunt egressi: uerum aspernantibus ijs oblatam quietem, iurauit istos nequaquam ad se in aeterna gaudia peruenturos. Interim tamen Deus uerax est, & quietem humano generi promisit: sequitur itaque.

Posteaquam igitur illud reliquū est, aliquos introire in eam, & quibus prius annunciatum fuit, non introierunt, propter incredulitatem, rursus quendam praefinit diem, Hodie (inquit Dauid dicens) post tantum temporis quemadmodum dictum est, hodie si uocem eius audieritis ne obduretis corda uestra. Nam si eis Iesus requiem praestitisset, nequaquam de alio post hac die locutus fuisset.

Id est, ut paucis multa complectar, Ergo aliud praefinit tempus, quo uelit denuo alios etiam uocare ad requiem eternam. Elegit enim tempora Christi,

quae

CONTEMPTVS VERBI. 42

quae praesentia sunt. Nunc enim omnes uocamur ad poenitentiam & regnum caelorum. Sed ipse Apostolus omnia fusius tractat. Et certum est (inquit) ex uerbis Dei, aliquot introituros in requiem. Illi autem quibus primo nunciatum est non introierunt: restat ergo quod aliqui sunt ingressuri, ij nimirum, quibus alia per Dauidem praescripta est dies. Dauid autem longo post Mosen interuallo, haec quae audimus scripsit, & in ea terra scripsit, quam Deus promisit: ut iam nemini dubium esse possit, quoniam de alia locutus sit & requie & terra, quam ea fuerit in qua haec scripsit. Nam si quis obijciat requiem eam, cuius propheta meminit per Iosue esse praestitam, fallitur. Nam si illa, in quam induxit Iosue, uera fuit quies, quid opus erat alterius quietis mentionem facere eum, qui in illa terra, in quam induxerat Iosue, erat? quid ergo & quorsum haec omnia?

Relinquitur itaque requies populo Dei.

Ex istis itaque constat (nam praedisputatorum conclusio est) quod uera illa, cuius meminit propheta, requies, non sit per Iosue praestita, neque ea requies praestita dumtaxat sit pollicita, sed quod per Christum Iesum, cuius typum gessit Iosue, sit praestita, & omnino populo Dei parata. Intelligimus autem nomine populi Dei, omnes eos, qui Deo, ex Iudaeis & Genibus,

EXPOSITIO. CAP. IIII.

nomina dederunt, imò ei sese totos dederunt, illi inquam ingredientur in requiem promissam.

Nam qui ingreditur in requiem eius, etià ipse quiescit ab operibus suis, què admodum à suis Deus.

Hanc sententiã lucis gratia postliminio & per epaphorã adiecit. Respicit eni ad illud quod modo audiimus in istis, Et sanè operib. ab ipso &c. Atq; ita clarius exponit quæ nã sit illa populi Dei requies: nempe uitæ eternæ requies: in qua cessabit (ut pphetæ aiūt) ois labor & dolor. Oportet enim corruptibile induere incorruptibilitatē, & mortale hoc induere immortalitātē: ita enim quiescemus ab operibus nostris, sicuti Deus à suis, qui est uere beatus, foelix, ἡ ἀνάλυκτος. Et hac clausula manifestum fit, superiorem quē annotauimus sensum genuinum esse, cassoq; labore istos se conficere, imò aliena à Pauli mente inducere, qui hoc loco multis de Sabbatho disputant. Nihil enim hic disputat de ferijs, nihil de otio festiuo, sed peculiariter de eterna requie & uita per Christum nobis parta, cuius heredes sint fideles. Nunc enim capulum rei repetit & infert:

Studeamus igitur ingredi in illam requiem, ne quis eodem concidat incredulitatis exemplo.

Quasi diceret, ista uero omnia in hoc adduximus, ut

CONTEMPTVS VERBI. 43

ut ad fidendum Christo & Euangelio eius imitaremus: huius enim auspicijs, ui & beneficijs consequimur uitam æternam, deniq; & miserabilem effugimus interitum, quo maiores uestri propter incredulitatem interempti sunt.

Vides autem amice Lector, quàm proprie quàm etiam anxie omnia retulerit ad scopum apostolus. Nã quemadmodum prophætæ pulchro dicendi ordine omnia sua perorarunt? sic etiam Apostoli exactissima (quam spiritus suppedibat) dicendi ratione proposuerunt: utpote uenusti & perspicacis ingenij homines. Errant enim toto coelo, qui phanaticum spiritum & inconstans in prophetis ingenium taxant. Errant qui apostolis rusticitatē tribuunt, & obscurum in eis ac desultoriū criminantur ingenium. Nam qui uel mediocriter in eorum scriptis uersati sunt, norunt neq; ipsos prophetas, neq; Christi apostolos, temerè rerum permiscuisse argumenta, sed omnia ad certum retulisse scopum, iusta & dilucida, attamen illaborata methodatq; dicendi ratione adhibita. Nam ut fucum odorunt supersticiosum, ita perspicuitati & rei studuerunt. Id cum multi non obseruamus, fit ut dum cōmentarios in sacra polliceamur, nihil aliud quàm Rapsodias concinnemus, aut locos cōmunes coarceruemus, ipso interim orationis instituto & contextu, hoc est, ipsa orationis medulla prorsus neglecta. Cum tamen

Scripturas interpretari.

EXPOSITIO CAP. IIII.

precipua interpretis functio sit, potissimum authoris
annotare scopum: deinde uero quomodo ad statum
hunc referantur singula, ubi ab instituto diuerterit,
quæ neglecta, quæ obseruanda, quis uerborum usus,
quis rerum sensus, sit indicare, adeoq; & superstitio-
se etiam indicare: quæ sanè fieri non poterunt, nisi
oratio dispersa colligatur, institutum indicetur, senten-
tiarumq; componatur contextus siue cohesio. Cohæ-
sio porro ista firmissimū est & in iudicando & in di-
sputando munimentum, lumen in tenebris, ueritatis re-
gula infallibilis, & hæresum presentaneum uenenū.
Surripiat enim è contextu sententiam hæreticus, adul-
teret & ad suum dogma roborandum detorqueat: ad-
hibeatur autem iudex & uindex ueritatis cohesio,
iam abreptum locum pristino cum ordini tum nitore
restituet. Eò quod introducta sententia neq; authoris
instituto conueniat, neq; consequentia & præceden-
tia quadrent, &c. Sed redimus.

Uiuus est enim sermo Dei & efficax,
& penetrantior quouis gladio utrinq;
incidente, & pertingens usq; ad diuisionem
animæ simul & spiritus compa-
gumq; & medullarum, & discretor cogi-
tationum & intentionum cordis: nec est
ulla creatura quæ non manifesta sit in cõ-
spectu illius: sed omnia nuda & resupin-
nata

CONTEMPTVS VERBI. 44

nata oculis eius, ad quæ nobis est sermo.

Subiunguntur hæc ab Apostolo, Confirmationis ui-
ce. Sentit enim, uerbum Dei, nunc quidè, non minoris
esse uirtutis, quàm olim: adco, ut quemadmodū olim
peste & gladio inobediètes perdidit Deus: sic etiã
nunc idem expectandū sit à uerbo, Dei filio, orbi per
predicationem Euangelij patefacto. Quippe quod ui-
uum sit, hoc est, efficax. Subiicitur enim posterius ad
explanationem superioris. ἐνεργεῖται enim efficacia
est, quæ non tam dicere uidetur, quàm ostendere. Hinc
in Galatis apostolus, In Christo Iesu (inquit) neq; cir-
cūcisio quicquã ualet neq; præputiū, sed fides per dile-
ctionē ἐνεργεῖται, id est, efficax. Significat enim cui
dentē uim exerentē se in nobis, quod spiritus propriū
est. Sic inquã uerbum Dei uiuum est & efficax, agens
& operationis uiuæ. Idem uerbum gladio comparat,
quod ex Isaie 49. cap. desumpsisse uidetur, ibi enim
Messias dicit, Dominus ab utero uocauit me, de uentre
matris meæ recordatus est nois mei: & posuit os meū
quasi gladium acutum. Et mox ipse apostolus allego-
riã aperit & subdit, Pertingens usq; ad diuisionem
animæ simul & spiritus compagumq; & medullarū.
Indicans filium & uim uerbi Dei (utraq; enim mirã
commiscet Crasi) intima penetrare animi penetralia,
& filium esse illum καὶ υἱὸς τοῦ λόγου, qui hominis cogi-
tationem habeat mentem: nec mentem solam, sed totum

Virtus uer-
bi Dei.

in uniuersum hominem. Nam à partibus totum colligit, & per spiritum intima & subtilissima quæq; intel-
 ligit. Non enim de corpore ista carnaliter exponenda
 sunt, quasi hic gladius, uisibilis sit gladius: sed allego-
 ria & hyperocha quadam adumbrare uoluit, quod
 clarioribus ipse mox exponit, Verbum iudicare cogi-
 tationes & intentiones cordis. Vnde facile nunc li-
 quet nullius posse perfidiam latere, nullius hypocrisis,
 nec istam unquam fore inultam. Quò fortassis et
 illud propheta uidebitur spectare, Væ qui profundi
 estis corde, & dicitis, quis uidet nos? & quis nouit
 nos? Peruersa est hæc nostra cogitatio, quasi si lutum
 contra figulum cogitet, & dicat opus factori suo, Nō
 fecisti me, & figmentum dicat fictori suo, Non intelli-
 gis. Isaia 29. Item illud Pauli in 1. ad Corinth. cap. 14.
 Quod si omnes prophetetis, ingrediatur autem in cœ-
 tum uestrum indoctus, & coarguitur ab omnibus, di-
 iudicatur ab omnibus, & sic occulta cordis eius mani-
 festa fiunt, &c. Nunc enim palam sequitur, Nec est ul-
 la creatura quæ non manifesta sit in conspectu illius,
 quæ sanè uerba absq; omni inuolucro idem nobis rese-
 runt, imò clarius exponunt, quod iam iam per figuram
 obscurius est positum. Dixit autem τὸ ἄκρο μὲν
 resupinata, quasi tu dicas ceruicata, hoc est, intus &
 in cute, tanquam in speculo. Græci uolunt metaphora
 sumptam ab ouibus, quibus pellis à ceruice detrahi-

ἡ γὰρ ἡ ἀρετὴ
 est sermo
 Dei, quia
 iudicat &
 discernit.
 Ioan. 9. In
 iudicium
 ego in mū-
 dum ueni,
 &c.

tur cum excooriantur. Detracta autem pelle & resupi-
 nato corpore nudantur omnia. Deinde uero dixit,
 Nec est ulla creatura, pro eo quod est, nihil usquam in
 ullis rebus creatis est, uel nihil prorsus est, quod filiū
 lateat. Ad finem autem affigit, Ad quem nobis sermo:
 quod bifariam exponi potest: uel quod Deo, quem ni-
 hil lateat reddenda sit ratio. Varia enim significat
 λόγος. Vel quod transitum faciat ad cōsequentia, &
 dicat se nunc copiosioribus de Verbo Dei, hoc est, si-
 lio Dei, disputaturum.

HISCE VERO absoluius primam Epistolæ Epilogus.
 huius partem, qua Hebræos hortatus est Paulus, Chri-
 stū suscipiant, qui angelis & Mose maior, utpote Dei
 filius, sit: unde negotium suum tuto contemni non pos-
 sit: quādo contemptus uerbi Dei per Mosen prædica-
 ti, in patribus per desertum misere & palantibus &
 expirantibus punitus sit. Verbum etenim Dei uiuum
 esse & penetrantius gladio ancipiti, unde & hostes
 nihilo segnius punire possit, atq; illa punierit Israeli-
 tis immissa lues.

SECUNDA EPI-
 stole pars.

Indicauimus in argumento, Sacerdotium & Sacri-
 ficium Christi, altera Epistolæ huius parte tracta-
 ri, idq; per collationem quandam ad sacerdotium

EXPOSITIO CAP. V.

Et sacrificium Aaronicum: id quod nunc quidem au-
spicabitur, et ita, ut et consequentia neciat superioribus
et summam consequentium breuibus præmittat. In-
itio enim ea per epilogum repetere et colligere uide-
tur, quæ disputauit de diuina et humana Christi na-
tura in cap. 1. et 2. Deinde uero iisdem illis et hunc con-
sequentium constituit statum, Christum Iesum uerum et
se sacerdotem: utpote qui Deo iunxerit hominem, ut uerum
coram Deo pontificem agere posset. Sic enim dele-
cto et eximio quodam ordine nunc exponit quis sit ille
Christus ad quem Hebreos hactenus tanto inuitauit
ardore. His iam adde ea quoque quæ in argumento dixi-
mus, nempe quo consilio hæc faciat apostolus: nunc
enim ipsa Pauli uerba tractabimus.

CAP. V



Abentes igitur pontificem ma-
gnum, qui penetrauit coelos,
Iesum filium Dei, teneamus con-
fessionem. Non enim habemus
pontificem, qui non possit affici sen-
su infirmitatum nostrarum, sed tentatum
per omnia, iuxta similitudinem, absque
peccato.

Hoc autem dicit, Cum igitur satis constet ex præce-
dentibus Iesum Christum uerum esse Deum et homi-
nem, liquido etiam illud constat, quod idem apud De-
um uerus mediator sit ac pontifex generis humani, qui
pro

CHRISTVS SACERDOS. 46

Proprij corporis hostia, lustrarit omnia mundi peccata.
Et sane pontificem esse, et mediatorē esse, prorsus in
idem, quod scilicet ipsam rem attinet, incidit. Oportu-
it autem mediatorem Dei et hominum utriusque; natu-
re participem esse: hinc est, quod tanta diligentia re-
petijt apostolus, pontificē nostrum, Dei esse filiū, Deū
uerū: et per omnia homini assimilati, hominem uerum.
Nam et D. Ioan. Chrysostomus in Epistolam Pauli
ad Timotheum priorem home. 7. Enim uero mediator
(inquit) utriusque; eis debet societate coniungi, quorum
mediator est. Id quippe mediatoris est proprium, utro-
rumque participem fieri, quorum fuerit mediator. Quæ
admodum enim loci cuiuslibet mediū utranque partem
contingat necesse est: ita et naturarū ambarū mediū
oportuit utraq; naturas contingere atque connectere.
Quæ admodum igitur homo factus est, ita etiā Deus erat.
Homo quippe purus mediator nunquam penitus fieret:
oportebat enim huiusmodi mediatorē cum Deo colloqui.
Deus itē solus mediator esse non posset, neque enim cum se
scipissent hi, quorum mediator accederet. Hactenus
Chrysostomi uerba retulimus, quibus in omnem modum
ea consonant quæ et Augustinus de Mediatore scri-
psit lib. de ciuit. Dei s. cap. 15. Pontifex igitur noster ue-
rus Deus et homo fuit, et coelos penetrauit: quo ad of-
ficiū sacerdotū et tabernaculū allusit. Christus enim non
ingressus est in tabernaculū ab hominibus constructū,

Pontifex
& media-
tor idem.

EXPOSITIO CAP. V.

Sed in ipsum cœlum, ut nunc pro nobis in conspectu Dei compareat. Idem etsi filius esset, omnem tamen nobis exhibuit mansuetudinem, etiam nunc benignus & minime seuerus, rigidus & inexorabilis, sed fidelis & misericors: utpote qui sensu infirmitatis nostræ mouetur. *ὁμοπαθεῖν* enim est affici & moueri sensu alieni mali. Nam & tentatus, id est, malis exercitatus est, exercitatus inquam per omnia, hoc est, omni modo, sicut nos exerceri solemus, hoc uno dempto, quod peccatum neque fecit neque facere potuit. Dixit autem iuxta similitudinem, idiotismo Hebraico, pro eò quod est, prorsus eo modo, quo nos tentamur, *χωρίς ἁμαρτίας* & excepto peccato. Etenim Exod. 25. eodem schemate scriptum legimus, Faciemque mihi sanctuariū iuxta omnem similitudinem, quam ostendam tibi: id est, prorsus tale, quale illud est quod ostendo. Item ad Rom. 5. Regnauit (inquit Apostolus) mors ab Adam usque ad Moysen, in eos quoque, qui non peccauerant in similitudinem transgressionis Adam: id est, regnauit in eos etiam, qui non illud ipsum peccatum peccarant quod peccauit Adam. Ita ad Philip. 2. legimus, Christum in similitudine hominum fuisse constitutum, id est, uere in carnatum, ut uerum gesserit hominem, sicut nos gerimus. Ideoque pari schemate hoc quoque loco dixit, Christum tentatum esse per omnia, iuxta similitudinem, id est, ita tentatum & malis exercitatum esse, sicuti homines

Iuxta similitudinem.

CHRISTVS SACERDOS. 47

mines exerceri solemus. Id quod tot inculcamus uerbis, ne quis imaginariam Christi carnem arbitretur. Heretici enim schematum & locutionum ignari, in hunc locum impegerunt, atque putatiuum corpus Christo affinxerunt. Videant igitur quo spiritu nonnulli ab idiomatum & schematum cognitione, studio & usu, adeo abhorreant. Cum interim hæc figurata locutio multo sit uiuidior & uehementior, quam Latini assequamur. Germani fortassis exactius referimus, cum dicimus, in glycher gestalt wyß vnd maas. Illo enim locutionis genere nihil omittimus quod non comprehendamus: totidem uidelicet & tanta in hoc esse, quanta in illo sunt, cui hoc conferimus atque asinuamus.

Tropi & Schemata

Accedamus igitur cum fiducia ad thronum gratiæ, ut consequamur misericordiam & gratiam inueniamus in opportunitum auxilium.

Dixerat, Teneamus confessionem, eò iam redit per epanaphoram, ut nihil sit obscurum, simul & illud in dicans, quis sit finis eorum quæ de sacerdotio Christi disputare instituerit. Nempe ut fidanus Iesu Christo Dei filio, & agnoscamus hunc illum esse uerum à Deo ordinatum sacerdotem, intercessorem, & redemptorem, proinde talem solida fide & nihil hæsitantes accedamus. Pedibus enim ad eum non peruenimus, sed fide.

Fides in Christum.

EXPOSITIO CAP. V.

Christus
intercedit
pro pecca-
toribus.

Nam accedentem oportet credere. Ut autem hoc libe-
rius & audentius accedamus illud in primis mouere
debet, quod cum ad Christum supplicaturi uenimus,
non seueri iudicis tribunal accedimus, sed ad clemen-
tissimi patroni thronum: qui iccirco thronus gratiae
appellatur, quod Christus petentibus sese comem, par-
ratum & misericordem exhibet, quippe qui ad se om-
nes eos uocat, quotquot laborant & onerati sunt,
se enim adflctis omnibus requiem praestitutum. Fal-
luntur igitur qui aiunt sese suis impediri peccatis, sed
& illius terreri maiestate, quo minus ipsum ad eant
Christum. Nam hic audimus maiestati iunctam esse
misericordiam, imò & humanum adfectum. Rursum
ipsum dominum, non modo dominum & Dei filium,
sed & gratiae esse thronum. Confiteamur igitur pec-
cata nostra Deo, & ad eam eum, qui ut omniscius est
& omnipotens, ita & nobis compati potest, & misere-
ricors est. Nam & Ioannes si confiteamur (inquit)
peccata nostra, fidelis est & iustus, ut remittat nobis
peccata nostra, & emundet nos ab omni iniquitate.
Accedamus igitur ad Christum: accedamus inquam,
ut gratiam & peccatorum remissionem, denique & auxi-
lium ab eo consequamur, εἰς ἔνκαριστον βοηθεῖν
quod uerterunt, In opportunum auxilium: id est, ut tunc
illius sentiamus auxilium, cum ipsa postularit res.
Nota enim est opportunitas uel ex ipsis Erasmi Chri-
liadibus.

CHRISTVS SACERDOS. 48

liadibus. Ioannes Chrysostomus sic exposuit, Bene di-
xit in opportuno auxilio. Si enim nunc accedas, ac-
cipies & gratiam & misericordiam, opportune quip-
pe accedes. Si autem non accesseris, nequaquam: ma-
nus quippe erit accessio tunc, cum uenerit finis. Non
enim erit tunc sedes gratiae, sed iudicij. Et huius sensui
magis quadrat occasio siue κατὰ ὅς. Et hactenus pra-
fatus, propositionem & rei summam praemisit.

Omnis enim pontifex ex hominibus
assumptus, pro hominibus constituitur,
in his quae erga Deum aguntur, ut offe-
rat dona & uictimas pro peccatis, & qui
condolere possit ignorantibus & erran-
tibus: quandoquidem & ipse circumda-
tus est infirmitate: & propter hanc debet
quemadmodum pro populo, ita & pro
seipso imolare pro peccatis. Neque quis
quam hoc honoris sibi ipsi usurpat, sed qui
uocatur à Deo, quemadmodum & Aaron.

Nunc uero summae rei tanquam scopo & propositio-
ni suam adhibet probationem, quam duxit à compa-
ratis siue similibus. Probat enim uel ipsa lege Mosai-
ca, Christum esse sacerdotem, ipsum demonstratiua
quadam contentione conferens Mosaicis. Neque uero
hic aliud probat quam Christum esse sacerdotem. Nam
in 7. demum cap. probabit Christum unicum esse sacerdotem

et aeternum, per quem etiam Leuiticum abrogatum sit sacerdotium. Ceterum ista quae ascripsimus uerbis sensum non absoluunt. Sunt enim altera tantum collationis pars, quae non intelligitur citra posteriorem, quam protinus subiungemus, si illud prius monuerimus, in Leuitico ea maxime contineri, quae hic à Paulo citata sunt. Item Paulum in hac Epistola Pontificis uocabulo plerumque complecti totum sacerdotij genus et ordinem: quanquam et suo in loco pro summo duntaxat usurpet. Denique μετριοπαδῆς Græcam uocem, à moderandis affectibus esse dictam, idemque pollere, quod nos dicimus modice affici, uel moderate ferre, nec grauius succensere. Tali mente Christum uideamus esse præditum, qui ouem errantem non laniat, aut nimia concitus ira lacerat, sed in caulam reducit. Iam uero cum hæc altera tantum pars sit collationis, supra modum hallucinantur, qui nunc huius loci robore, sacerdotium statuunt papisticum. At hoc ipso magis produnt quales sint, nihilo uidelicet meliores sacerdotibus Iudaicis. Quid enim interest inter Iudæum, qui subinde easdem offert hostias, et Pseudochristianum qui idem imitatur? Si enim Christianus est, fidat hostie semel duntaxat imolatæ et in sempiternum duraturæ. Sed nunc subiungemus contrarium similitudinis sicut collationis membrum.

Ita & Christus non semetipsum glorificauit,

ut fieret pontifex, sed is qui dixit illi, Filius meus es tu, ego hodie genui te. Sicut & alibi dicit, Tu es sacerdos in aeternum secundum ordinem Melchisedech.

Agnoscis nimirum similitudinis notam Ita, ut hisce tandem absoluat sensus: nunc enim posteriorem collationis partem, primo loco resumit, et ex uocatione sic argumentatur: Quemadmodum apud Veteres nemo sacerdotij dignitatem et officium priuata sibi auctoritate uindicabat, Ita ne Christus quidem sacerdotium sibi propria uoluntate usurpauit: sed à Deo uocatus et constitutus est sacerdos, secundum ordinem Melchisedech. Prior pars confirmatur, et sacra lege, et exemplo Aaronis et Eleazari, denique clarissimis hisce quae extant Numeri 16. et 20. cap. pronuntiatis. Posterior uero pars probatur duplici testimonio. Alterum enim sumptum est ex Psal. 2. ut indicauimus in cap. 1. Alterum uero ex Psal. 109. de quo plura in consequentibus. Quod si infirmior uideatur argumentatio, ita disponas licebit, Omnes sacerdotes, qui uerè sacerdotes sunt, non ipsos sese ingerunt sacerdotio, sed uocantur à Deo. Et Christus sese non ingessit sacerdotio, sed uocatus est à Deo, Christus itaque uerus sacerdos est. Habes mentem Pauli.

Nemo igitur posthac uel artibus malis, uel muneribus

H

De uocatione ad Episcopatum.

bus, uel alio quopiam malo imbutus adfectu, ad docēdū
 & episcopatus penetret functionem: ne Simonis magi
 consors, maledictionem pro benedictione reportet.
 Quod si quis uocatus sit, uocationis sancte memor, gre-
 gi dominicæ inuigilet, lectioni, exhortationi & doctri-
 na attendat, ut sese probatū Deo statuat, operarium
 non erubescendum, qui negotium ueritatis recte se-
 cet, & summo studio in uia Dei ambulet. Iam etsi
 2. Tim. 3. Paulus ad Timotheum dicat, Si quis Episcopi munus
 appetit, honestum opus appetit: ambitum tamen non
 probauit, sed proculdubio ex presupposito scripsit.
 Erant enim indigni (ut sit) plurimi, qui honoris &
 quæstus gratia, Episcopi functionem ambirent, idq;
 hoc uelarent pretextu, institutum esse honestum. Illis
 autem scite admodum respondet Apostolus, τῆς οὐκ ὀ-
 λόγος, id sanè citra omnem controuersiam uerū est,
 quod qui munus appetit Episcopi, pulchrū & hone-
 stum opus appetit, si scilicet ipsam spectes functionem:
 sed hanc Corinthiū (ut prouerbio aiunt) nō licet adire
 quibuslibet. Siquidem oportet Episcopū irreprehensi-
 bilem esse. Et quæ sequuntur. Nisi malis appetendi uer-
 bo honeste uti, quemadmodum eius quoq; usus in scri-
 pturis non infrequens est: nempe, non pro ambiendi
 impudentia, sed pro illo animi ardore, quo Ecclesiæ
 Dei cupinus prodesse: item pro sedula in rebus sacra-
 cris diligentia, qua sit, ut Ecclesia Dei, nos qui erudi-
 tioni

tionis, innocentie, & pietati ueræ inuigilamus, ultrò
 ad Ecclesiastica uocet officia: quæ sanè Apostolus & Ecclesiasti-
 in 1. ad Corinth. 12. & ad Ephes. 4. cap. recensuit ci ordines
 omnia, & ita recensuit, ut nihil eorum quæ necessaria
 sunt intermiserit: & tamen nullibi sacrificorum me-
 minit, quales Romani pontificis Episcopi ordinaue-
 runt. Nullus igitur nobis sermo de ea hominū fece, quo-
 ties loquimur siue de sacerdotibus, siue de Episcopis
 Ecclesiæ. Nam Ecclesia non est Episcoporum uel Cardi-
 naliū & Prelatorum collectio, sed sanctorū, hoc est,
 fidelium cœtus. Huic autem Ecclesiæ præfecit Deus, alios
 quidem (ut Paulinus utar uerbis) apostolos, alios uero
 prophetas, alios autem Euangelistas, alios autē pasto-
 res & doctores, &c. Iam etsi sacerdotis nomen nulli-
 bi, quod equidem ego sciam, legatur apostolis & uer-
 bi ministris palam datū: est tamen sancte apud ueteres
 usurpatum, & è ueteri (ut apparet) synagoga de-
 sumptū, quanquā longe alio respectu. Docet enim hac
 Epist. apostolus, ibi nullā pro peccato restare hostiā,
 ubi plenaria (ut aiunt) sit peccatorū remissio. Talē autē
 esse in Nouo Test. undè cōsequēs est, nec ullos in Nouo
 Test. esse sacerdotes, quales cōstituit Rom. pontifex.
 Quid quod sacerdotis uocabulum, non tantum eum,
 ut pleriq; falso opinantur, significat, qui hostias cædit
 & imolat: sed eum etiam qui rebus sacris seruit? Nam
 sacrificare apud Latinos est rem sacram facere.

EXPOSITIO CAP. V.

Hinc sacerdos is dicitur, qui Deo dicatus est, & res factas facit. Et sacerdotium sacerdotis est officium. Iam uero Paulus in 1. ad Corinth. 4. cap. Sic nos aestimet homo (ait) ut ministros Christi, & dispensatores mysteriorum Dei. Mystera porro illa (ne quis uel miretur uel aberret) sunt mysteria Christi, Euangelij scilicet predicatio: id quod probamus ex ult. cap. ad Rom. & ex Epist. Pauli ad Ephesios. Vetusli itaq; Episcopus hoc significatu, & ad hunc modum dixere Sacerdotes, nempe, quod Euangelio & sacris praesentent precibus, non quod hostias offerrent, quales intelligit pontifex. Huc enim plurimum facit illud Pauli ad Rom. 15. cap. Data est mihi gratia à Deo, ut sim minister (λαβουργός) Christi in gentes, administrans (ιεργευντο) Euangelium Dei, ut fiat oblatio Gentium acceptabilis, sanctificata per spiritum sanctum. En tibi, habes in hoc testimonio sacrificum siue sacerdotem. Nam λαβουργός alibi uerterunt sacerdotem. Habes & oblationem. Sacrificarunt autem apostoli, quoties Euangelium Dei predicarunt. Nam ιεργευν εστίν fungi administratione sacrorum. Quemadmodum ergo sacerdotes Mosaici pecudes caedebat ac immolabant in odorem suauitatis Deo: ita apostoli & ministri uerbi beluinos hominum affectus Euangelij predicatione caedunt & immolant in odore suauitatis: ut nunc ipsi homines illa sint, quae offeruntur, oblatio: quemadmodum

P 44

CHRISTVS SACERDOS. 51

Paulus apertis uerbis in hoc explicat testimonio. Atq; hoc sensu facile concedimus apostolum Petrum primam celebrasse Liturgiam, id est, primo predicasse Euangelij mysterium: id enim indicauit & Lucas Act. 2. At nostri non expedientes Liturgiae uocem, missam interpretarunt. Quemadmodum & illud de Iacobo fratre domini adulterarunt, quod Graeci de eo scripserunt. Ιάκωβος ωσρά τῶν ἀποστόλων, ἱεροσολύμων ἐπίσκοπος καὶ λειτουργός πρῶτος καὶ ἀσάβεις, id est, Iacobus ab apostolis Hierosolymorum Episcopus & minister sacrorum primus est ordinatus. Hinc enim nugandi ansam sumpserunt Iacobum fratrem domini primitus apud Hierosolymitas inuenisse, instituisseq; missandi ritum: id enim crassuli isti λαβουργίας uoce intelligunt: cum interim & ex Egesippo & ex Eusebio satis constet, Iacobum primum ab apostolis, Hierosolymitis, datum esse Episcopum, ut factas res apud eos administraret. Quid quod Missa, post aliquot annorum, à Iacobi interitu, centurias, per multorum suffragia Episcoporum, successu etiam temporis, constituta est: Quomodo itaq; illud agere potuit, quod nondum, cum ipse uiueret, erat? Et si Petrus primam celebrauit missam, quomodo Iacobus primo etiam celebrauit eandem? Videtis iam istos mendaciorum magistris, ueteris prouerbij esse oblitos, Mendaces memores esse oportere. Et haec de sacerdotis nomenclatura

Petrus & Iacobus primi celebrarunt Liturgiam.

H 3

Episcop.
Pastor,
Doctor,
Euangelis-
ta.

ra. Episcopi uero uox, officij, nō domini uox est, uigilem significans & pastorem gregis dominici, qualem describit Paulus in Epistolis ad Timoth. & Titum scriptis, & in Actis, apud Ephesios & Melitonenses presbyteros, cap. 10. Nam ἐπισκοπῶ (ut Budeus ait) est

Presbyter

consydero & egrotum uiso, inspicio & uisito. Inde ἐπισκοποι dicti, quorum est inspectio in praesidijs Christi & summa cura. Hi dicuntur & pastores, per allusionē Ezech. 34. & doctores à docendo, & Euangeliste à praedicando Euangelio. Presbyteri uero primates, legati, ac seniores dicuntur: quod nomē inde tractū uidetur, quod senioribus olim, utpote prudentioribus, committeretur magistratus, cura & administratio plebis. Nobis uero Euāgeliiū cōmissum est, nō dominiū, plebi itaq; uerbo ueritatis cōsulamus: sicut & Petrus docuit in priore Epist. cap. 5. Porro apostoli legati erāt à Christo in uniuersum mundum emissi: quorū officium erat, incertis uagare sedibus, atq; Euangelij gloriam per uniuersam spargere terram. De quibus alibi. Sed

Apostolus

qui prophetat hoibus (ut 1. Cor. 14. extat) loquitur aedificationē, & exhortationem, & consolationē. Nihil igitur prophetis cōmune cū sacrificijs papisticis: quin hoc iam cōstat ex ijs quae hactenus disputauimus, sacerdotes, presbyteros, prophetas, pastores, Euangelistas, doctores, episcopos, & seniores, aliud non esse, quam diuini uerbi ministros, nō sacrificos, sed ad dispartien-

Propheta.

da

da mysteria Dei ordinaros, uocationem autem istis in primis esse necessariam, De qua & Cyprianus nonnulla scripsit in 1. Epistolarū lib. Epist. 4. Hec uero per digressionem, tempori nostro prorsus necessariam.

Qui in diebus carnis suae preces & supplicationes, apud eū, qui poterat ipsum à morte seruare, cum clamore ualido & lachrymis obtulit, & exauditus est pro reuerentia.

Hoc membrum posterius, superioribus ad hunc modum respondet, sacerdotes ex hoibus eligebantur, ut homines compati possent hoibus. Sed & in hoc eligebantur, ut ea agerent negotia, quae hoibus propter transgressionem erant agēda, id est, ut pro populi intercederent ignorantijs, & pro hominum sacrificarent delictis. Huic autem membro iungitur hoc praesens, sic: Et Christus Iesus ex hominibus natus, infirmitatem nostram assumpsit, ut homo hominibus compati posset.

Quantquam in eo, quod pro proprijs (quae non habebat) peccatis nō obtulit, Moisaicis sacerdotibus dissimilis, imò maior sit. Intercessit tamen pro populo Christus, & sui corporis hostiā, pro nobis imolauit. Ex quibus sequitur, quod Christus uerus sit sacerdos. Vel breuius ad hunc modum dispone. Sacerdotis est intercedere & offerre, Christus intercedit & offert, ergo sacerdos est. Argumentum uero ex officio petitum est.

Dissimile.

Nunc cetera perstringemus. Principio uerborum ordo nonnihil obscuritatis in se habet: poterit itaq; lectio ad hunc redigi modum, Qui cum in humanis et hiisce ageret in terris (id enim schematismo quodam per dies carnis intellexit) ei, qui à morte poterat seruare, obtulit cum lachrymis et clamore ualido preces et supplicationes, unde etiam pro reuerentia exauditus est. In istis autem uideas miram uerborum emphasim et exaggerationem. Nam dicitur oratio est, qua petimus liberari à malo: sed in et neque uehementior oratio est, qua simul et manus tendimus. Istis itaq; speciebus indicare uoluit ingentem Christi adfectum, et ardentissimas fuisse pro nobis preces. Quò et illud referri debet, quod dicit illum cum lachrymis et clamore ualido obtulisse, hoc est, maximis cruciatibus corporis, et summo cum affectu, modo item omnibus modis fidelissimo et summo, sacrificium peregisse. Nam si interrogas ubinam talia de Christo tradiderint apostoli? Nihil aliud quam 17. cap. Ioan. ostendere possum, et illud quod in cruce adactus clamauit, Pater ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt. Quod etiam si peculiariter de ijs dicatur, qui Christum crucifixerant, generaliter tamen toti humano generi aptari potest. Quia ea quæ in cruce egit, generalia erant. Sed missis istis, teneamus apostolum uehementissimis quidem illis indicare uoluisse, Christum sacerdotij functionem

neque

nem summo cum affectu et absolutissime subiisse et peregisse. Porro illud in primis uidetur nobis obseruandum, quod dicit supplicasse Christum (nam secundum hominem loquitur) et ei supplicasse, qui potuerit à morte seruare. Hinc enim discemus, cui nos quoque uota, orationes et preces nostras imolare debeamus, Vni uidelicet sapienti, potenti, uero et aeterno Deo. Solus enim est omniscius, solus omnipotens, solus omnis boni fons, solus immortalis et uitam halitumq; præstans omnibus: et hanc suam solius gloriam alteri non communicat. Insaniunt igitur, qui preces suas, uota, et animi consilia, uel creaturis, uel animabus etiam beatis offerunt: quæ et ipse nihil habent (si quid habent) quæ quod per gratiã ab hoc summo bono adepti sunt: neque uero id à Deo adepti sunt, ut Dii sint, omniscij, omnipotentes, incircūscripti, qui et uideant et audiant nos, imò ubiq; nobis adsint: id quod interim is habeat, et eum præstare, necesse est, cui oratio nostra offerenda est. Hinc cum emphasi quadam dixit in Euangelio dñs, Siquid petieritis patrem IN NOMINE MEO, dabit uobis. Sequitur, Et exauditus est pro reuerentia. Vbi notandum et iterum est inferentis siue collectionis nota: ut sit sensus, Proinde exauditus est, pro reuerentia (ὡς ἐν τῷ εὐαγγελίῳ) ab ipsa inquam reuerentia, id est, uel ab ipso exauditus est Deo reuerendo. Vel exauditus est propter singulare sanctimoniam et religio-

Cui offerri
debeat
oratio.

Tertull. in
apolog. ad
uer. Gen.
cap. 30.

EXPOSITIO CAP. V.

nem. Nam εὐλαβία non modo reuerentiā, sed et pietatem significat. Ceterū si exauditus est, iam redempti et seruati sumus, iam interijt mundus, peccatum, demon, et quicquid nos perdere poterat. Id quod clarius subiecta docebit sentētia, itaq; perfectio factus est et c.

Et quanquam filius esset, attamen dicitur ex ihs quae passus est obedientiam,

Obedientia
Obscura oratio est propter idiotismū Hebraicū: id enim dixit apost. Et quanquā filius esset, tñ ipsam crucē subiit, passus et mortuus est, itaq; patri se subiecit, ut inobediētiā obedientia rependeret atq; lustraret, et ut mortē morte perimeret. Idē enim hoc loco sentit, quod in Phil. Epist. ijsdē penē, sed clarioribus interm̄ uerbis dixit, Tametsi esset in forma Dei, tñ humiliauit se ipsum, factus obediens usq; ad mortē, mortem autē crucis. His adde, quae idē scripsit ad Rom. cap. 5. Videtur autē in hoc istam subiecisse sententiam, ut clare intelligeremus Christū non modo preces, sed et semetipsum sese pro nobis obtulisse: itaq; eū et dona habuisse et uictimas. Dona, quippe, preces, et uictimas, pro prii corporis holocaustū. Ea nimirū quae sacerdotem habere decebat: sicut in priori membro audiuius.

Itaq; perfectio factus est omnibus sibi obedientibus, causa item salutis eterne, cognominatus à Deo pontifex secundū ordinem Melchisedech.

CHRISTVS SACERDOS. 54

Hac illa epanaphora est, qua redit et docet quomodo exauditus sit, id est, quis sit finis et fructus sacrificij et sacerdotij Christi, Vita aeterna, peccatorū remissio, et perfectio. Id uero subinde ingerit. Nam parū est, si duntaxat credamus Iesum esse sacerdotem: oportet enim ut etiam credamus Iesum nobis esse sacerdotem. Recte itaq; hoc loco iterum repetit, quod prius non semel monuit, fructum sacerdotij, imò totius negotij Christi esse uitam aeternam. Nam sacrificium ita absolutū est, ut nihil in eo desyderes, ita amplū et opulentū, ut nullum hominū genus nō absoluat et redimat, modo credat. Nā qui credit in filiū (inquit Baptista) habet uitam aeternam: qui autē incredulus est filio, non uidebit uitam, sed ira Dei manet super eum. Christus enim τελωθεις perfectus redditus est, adeoq; perfectio ipsa, τελειν̄ sacrificiū et expiatio nostra, sed et αιτιος causa, uis et author aeternae salutis est. Ipse enim factus est nobis à Deo sapientia, iusticia, sanctificatio et redemptio. Neq; ulla alia salus in quāquam alio est: sed ipse omnium fidelium omniumq; temporū sacerdos est, constitutus à Deo secundum ordinem Melchisedech. De quo copiosius disputabitur in cap. 7. Haec tenus enim ex uocatione et officio probauit Iesum Christum uerum esse sacerdotem.

DIGRESSIO.

De quo nobis multa forent dicenda,

Hec

eaq; difficilia explicatu, quando quidem
segnes facti estis auribus. Etenim cū des-
bebatis pro temporis ratione doctores
esse, rursus opus habetis, ut doceamus
uos quæ sint elementa initij eloquiorū
Dei.

Digressio. Hic uero paululum desleclit ab instituto apostolorū,
& causa de sacerdotio Christi suspensa ad aliud dis-
greditur. Est autem digressio alicuius rei, sed ad utili-
tatem causæ pertinentis, extra ordinem excurrens tra-
ctatio. Et tunc maxime locum habet, cum generale ali-
quid inuenerimus, in quod parata est uia ex re propo-
sita, & ex quo rursus in quod digredi uolumus, facili-
lis est accessus. Sed & utilis & propemodum necessa-
ria est, potissimū si de tali re dicendum sit, à cuius men-
tione auditorum abhorreant aures, ut interposita ali-
qua quæ illos mouere possit re, sensim & plumbeo,
quod aiunt, pede, ad id quod institueramus deduca-
mur. Id quod hoc loco à Paulo obseruari uidemus.
Nam de sacerdotio Christi dicere cœperat: ab ea atten-
tatione multorum abhorrebant aures, quod
uel Mosaicis nimium tribuerent, uel segnius diuina scri-
tarentur mysteria: hinc maxime necessarium erat, ut
aliqua interfatione, qua illi poterant moueri excita-
riq; præmissa, cōmodius de sacerdotio continuare uale-
leret. Ideoq; exposulit nunc cum Hebræis horumq;
inere

Summa.

inere pat segnitiam ac tarditatem, poenas item ni per-
gant in ueritate intentat. Neq; enim frustra prædica-
ri uerbum Dei, sed ut fructum feramus per fidem &
constantiam. Neq; uero ipsum Dei uerbum esse incer-
tum, uel promissiones dubias, sed longe certissimas &
iuramento Dei firmatas. Quæ etsi omnia dicantur
per digressionem tamen ad ipsam rem maxime perti-
nent, id cumprimis quod de ueritate Dei differitur.
Hæc enim caput & firmamentum est sacerdotij Chri-
sti. Dixit enim propheta, Iurauit dominus & non pœ-
nitebit eum, tu es sacerdos, secundum ordinem Mel-
chisedech. Itaq; priusquam de illo nouo sacerdotali
differeret ordine, uoluit ea præmittere, quæ in ipso
propheta præibant testimonio, & per hoc ipsum pul-
chre ad 7. cap. initiū, eò uidelicet unde digressus erat
reuertere. Ita uides omnia probe connecti, & nihil pror-
sus temere. Istud autem huius digressionis caput &
summa est. Cæterum ipsa apostoli uerba satis sunt ex-
posita. Negotium etenim de sacerdotio Christi, non
ipsare difficile esse dixit, sed quod parum alacri susci-
peretur mente. Omnem itaq; difficultatem non ex ipsis
oriri scripturis, sed nostra socordia. Quod in 2. ad Co-
rinth. Epistola 4. cap. planioribus edisserit uerbis. Se-
gnitiam igitur istorum increpat, eamq; temporis ac-
cessu exaggerat, quasi diceret, Si quis tempus quo sa-
cra audistis, spectet, iam alios docere debeatis, tã illi-

EXPOSITIO CAP. V.

Elementa.

Quid elementa mundi.

berale est, ut tot annorum discipuli, nihil aliud didicerint quam aliorum esse discipuli adeoque pueri elementarij. Sic enim allusionis ornatu excreuit oratio. Allusit enim ad alphabetarios uel elementarios infantulos, quibus traduntur τα στοιχεια. Porro στοιχεια est elementa tradere, & hominem rudimentis imbuerere. Hinc στοιχεια rudimenta sunt & primordia, qualia sunt apud dialecticos & grammaticos Porphyrij isagogae, & Donati rudimenta. Hoc consilio uocauit etiam Paulus alibi Iudaicas ceremonias, elementa mundi, id est, externas quasdam institutiones & manducationes. Elementa inquam, non terram utique aut aërem, ignem aut aquam, sed ipsam institutionem primariam, quae rudes adhuc rerum diuinarum paulatim prouehat ad altiora, promiores uero ad peregrinos cultus, ueluti cancellis, sepiat atque constringat. Mundana autem dicuntur, id est, externa, quod externis gaudeat mundus, externis ducatur & moueatur. Concessit ergo infirmioribus quendam ritum externum, sed ut ab hac transuehatur mens ad ueram spiritus religionem. Siquidem indecorum est, si grandiusculus adhuc agat in scholis alphabetariorum. Pudendum itaque si quis perpetuo ceremonijs addictus esse uelit. Verum nullus hic nobis priuatus de ceremonijs sermo, loquimur enim de rudimentis doctrinae Christianae. De quibus copiosius in 6. Haec autem per insertionem & occasionem dixi.

Ed

SEDVLITAS CHRISTIANA. 56

Factique estis hi, quibus lacte sit opus, & non solido cibo. Nam quisquis lactis est particeps, is rudis est sermonis iusticiae, infans enim est. Porro perfectorum est solidus cibus, nempe horum, qui propter assuetudinem sensus habent exercitatos ad discretionem boni pariter & mali.

Exercitatio.

Idem dicit quod supra, sed copiosius & mutato sermonis habitu. Nam aliud simile adducit ab infantibus, quo & in Corinthijs usus est 1. Cor. 3. Et quod prius uocauit elementa, nunc lactis nomine uestit. Abstrusiora uero, spiritaliora & altiora scripturarum mysteria, iustam inquam diuinarum rerum cognitionem, solidiorem dixit cibum. At qui lacte alitur is est, cui adhuc traduntur rudimenta rerum Christianarum, hic ille ἀπειρος λόγου διακονών est inexpertus inquam & inexercitatus (nam ἀπειρος est periculi facere) in iusto illo Dei negotio, id est, in absoluta illa Christi philosophia. Nam & Latini dicimus iustam uel libri, uel hominis, uel alterius rei magnitudinem, cui nihil desit, quod ad decus & necessitatem pertinet. Ad expositionem horum facit etiam alia pars similitudinis, quae est, Et ut adultiores solidi duntaxat carnes sunt cibi, ita pro exercitatis tantum est penitentia sacrarum scripturarum enarratio. Discamus

EXPOSITIO CAP. V.

itaq; & nos adulescere in uirum (ut Paulus ait in Ephesijs) perfectum, in mensuram ætatis plene adultæ Christi, ut non amplius simus pueri qui fluctuemus & circumferamur quouis uento doctrinæ, &c. Annotandum & illud, quæquam Latinus uertit assuetudinem, proprie significare habitum, qui opponitur ruditati. Habitum enim (inquit Cicero in 1. de inuen. lib.) appellamus animi aut corporis constantem & absolutam aliquam in re perfectionem, ut uirtutis aut artis alicuius perceptionem. Siue ut philosophi finierunt, habitus est alicuius rei siue in animo siue in corpore à natura concepta, sed usu corroborata & plena perfectio. Quæ sanè finitio probe nostris congruit: ut & illud quod in istum locum Ioan. Chrysostomus annotauit. Hæc uero omnia in hoc dixit Apostolus, ut segriores excitaret auditores, & humi repentes ad altiora sustolleret mysteria: nempe ut purgatoribus auribus et cordibus ea perciperent, quæ mox de sacerdotio Christi ex scripturarum arcanis disputaturus erat. Nunc enim sequitur collectio, cur ista hæctenus dixerit.

CAP. VI. **I**ccirco omissio illo initiali rerum Christianarum sermone, feramur ad ea quæ perfectiora sunt,

Nō hæc refero (inquit) quod istis immorari uelim, sed quod omisis istis, quæ iam olim didicisse oportuit, animos uestros ad absolutiora pararem. Et ne quid ob-

*Habitus
quid*

SECVLITAS CHRISTIANA. 57

scuritatis aut ambigui quicquam Lectorem remoretur & suspenderet, adhuc illud quoq; subiicit.

non rursus fundamentum facientes poenitentia ab operibus mortuis, & fidei in Deum, baptizatum doctrinæ, ac manu impositionis, & resurrectionis mortuorum & iudicij æterni.

Ex quibus iam claret quid in 5. cap. intellexerit per elementa & alimentum lactis, nempe Locos istos communes rerum Christianarum, quos hic maxima parte recenset, fundamenta quoque uocat, hoc est primordia. Nā fundamenta primo in omnibus collocantur edificijs. Discimus autem ex ijs, quæ sit Isagoge in fidem, hoc est, in religionem Christi, & quomodo apud nos etiā Christiana religio comode initiari possit ac debeat: nimirum, si generaliora & maxime necessaria primum doceamus, nempe, quid sit scriptura, quæ eius auctoritas, quid ueritas, religio, Deus, fides, Christus, peccatum, gratia, & iusticia: sed quid ista recensemus, cum ipse apostolus potissima numerarit? Quæ alij in hunc ordinem redegerunt, quod candidati nominis Christiani, primo instituti sint de poenitentia & fide in Deum, deinde uero (de adultis loquor) baptizati, post baptismum uero de spiritus sancti acceptione, item de resurrectione & iudicio edocti. Nos autem singula expendimus.

Catechismus apostolorum.

EXPOSITIO CAP. VI.

Pœnitentiã. Primo aut loco posuit pœnitentiã, hoc est resipiscentiã & uitæ mutationẽ, id est, cõuersionem à mortuis operibus, hoc est, à peccatis. Nam stipendiũ peccati mors est. Ideoq; plura in recessu habet pœnitentiã quàm fronte promittat. Habet enim errorum ac scelerum agnitionem, & uitæ immutationem. Et proinde qui pœnitentiã prædicat, nõ istam duntaxat uocẽ imminat, Pœnitentiã agite: sed omnem protrahit impietatem, superstitionem & errorem, scelera item atq; peccata nudat, accusat & obiurgat: contra uero religionem suadet, & ad sanctimoniam uitæ & iusticiam ueram hortatur. Sic Ioan. Baptista, sic ipse dominus Iesus, sic apostoli Christi omnes pœnitentiã prædicarunt, & ab hac prædicationem suam orsi sunt. In primis enim scire refert quid nam illud sit, à quo auerti, & quale illud sit ad quod conuerti debeamus: item qualis sis, qualia etiã studia tua. Nam ab ipsa hominis $\phi\lambda\upsilon\tau\iota\alpha$ oritur omne malum. Hinc ueteres quoq; non minimam philosophiæ partem esse crediderunt, si quisq; se qualis sit, agnoscat. Hinc illud nobis mandauit prouerbium, omnium sapientum ore celebratissimũ $\gamma\upsilon\omega\theta\iota\ \sigma\epsilon\alpha\upsilon\tau\omicron\ \rho$, Nosce te ipsum, quod (ut in Charimide testatur Plato) pro foribus templi Delphici, ab Amphictyonibus inscriptum, ueluti Deo dignum uisere retur. Et huc fortassis merito quis retulerit legem, per quam (ut Paulus ait) existit cognitio peccati.

Secun

SEDVLITAS CHRISTIANA. 58

Secundus locus est fides in Deum, hoc est, cognitio ^{Fides.} Dei, & fidutiã in illum. Proximum enim est, ut postquam me qualis sim cognorim, protinus & Deũ cognoscã, ne superstitionis & scelerum cõscientia desperem: quin potius norim Deũ esse benignum & misericordem, cui fidere, & eius auxiliũ implorare, eiusq; debeam ueritate frui. Atq; hic comprehenderit quis non immerito iusticiã & misericordiam Dei, ueritatem & omnipotentiam: breuiter, quid Deus sit, quid fides.

Tertio loco numerat baptismatã doctrinã. Id quod ^{Baptismatã.} alij de doctrina initiali intelligunt, quod baptismus sit initiatio uitæ Christianæ: ut sit sensus, se loqui de ea in Deum fide quæ candidatos initiet, nõ de ea quæ incrementis ad iustam peruenit magnitudinem. Alij separatim legunt, & partim iungunt doctrinã sequentibus, & legunt, Doctrinã manuũ impositionis: partim neclunt præcedentibus & legunt, Baptismatũ doctrinã, quasi fidem sequatur baptismus aquæ, baptismũ uero amplior doctrinã de perfectione: id quod aliã in adultis uerum esse nemo ierit infitiã: sed num ea suo dicantur in loco, iudicent lectores. Certe cum in Ecclesia Dei non sit nisi unicum baptismũ, Apostolus autem coniunctim & pluratiuo numero dixit $\beta\alpha\upsilon\tau\iota\sigma\mu\omicron\varsigma\ \delta\iota\delta\alpha\chi\eta\varsigma$, baptismatũ doctrinã, apparet eũ locutũ esse non de baptismi sacramento aut catechi

imo, sed de traditione baptismatum, id est, generibus
lustrationum. *Βαπτισμῶ* enim mergo et tingo est, quid
uero ea mundantur quae lauantur siue tinguntur, fit ut
baptismus accipiatur pro emundatione, per metalep-
sim. Doctrinam igitur de purgandi generibus ideo
subiunxit fidei, quod ipsa fides in Deum, huc unice spe-
ctet, ut credamus sanguine Christi non modo peccata
nostra esse expurgata, sed et omnia alia lustrandi ge-
nera per hanc unam Christi purgationem esse aboli-
ta. Nam in 9. cap. palam audiemus apostolum bap-
tismata prorsus in hac accepisse partem, dixisseque ista ue-
lut iustificationem carnis, usque ad tempus correctionis im-
posita. Ibi tamen significantius ablutiones transiit
lit interpretis. Huc autem referri debet peccatorum rem-
issio, redemptio, et quicquid per Christum consecru-
ti sumus.

Impositio
manuum.

Quartus locus est impositio manuum, quae semel in
se complectitur totum prophetiae munus, quo non ali-
ud in Ecclesia magnificentius: complectitur uocationem,
missionem, docendi que autoritatem. Illis enim impone-
bantur seniorum manus, quorum fidei committebatur
Ecclesiarum cura et diuini uerbi ministerium. Nam
ad Timotheum scribit apostolus, Ne neglexeris quod
in te est donum, delegatum tibi ad prophetandum, idque
roboratum est manuum impositione a senioribus, 1. Ti-
moth. 4. Atque utinam haec postliminio ad nos redeat
ma

manuum impositio, ritus sanctissimus iuxta et utilissi-
mus: quo proculdubio multa tollerentur schismata of-
fendiculaque, quo et istorum proterua refrenaretur im-
pudentia, qui non uocati sua sponte et malitia ad do-
cendi irruunt officia, homines audacissimi, et Chore-
Abironisque factiosissimi filii: qui arrogancia eodem deue-
niunt, ut quicquid libet mox licere etiam credant. At
hinc nobis in Ecclesia omnis oritur rixandi haesum
et factionum materia. Neque uero dubitarem apostolum
sub hac manuum impositione semel comprehendisse
alios quoque necessarios in Ecclesia Christi ritus, coetus,
orationes, ferias, ieiunia, imò ipsa Ecclesiae sacramen-
ta, quae sunt significatione et mysterijs saluberrima,
augusta ac sacrosancta, Baptismus scilicet et Eucha-
ristia. Nam aequum est ut Christianae Ecclesiae ritus,
et sacra intelligamus, postquam conuersi ad Deum,
didicimus omnem in Christo esse gratiam et plenu-
dinem, conciliationem, ueritatem et iusticiam, decus
et munditiam, quam suae largiatur ecclesiae, quam re-
gat uerbo, conseruet spiritu, constringat baptismate, et
excitet sancto eucharistiae monumento. Alij per im-
positionem manuum hystorologia quadam intelligunt spi-
ritus sancti dona, 1. Corinth. 12. Quibus non adeo re-
clamarim.

Quintus uero locus est Resurrectio mortuorum, spes Refurrectio
nostra, finis et fructus Euangeli amoenus et suauis. aio.

EXPOSITIO CAP. VI.

De quo copiosissime disseruit Paulus in 1. ad Corinth. 15. Obseruabis aut mortuorum resurrectionem esse corporum resurrectionem. Nam anima non moritur, corpus tantum moritur. Proinde mortuorum resurrectio est corporum resurrectio, quae nisi certissima esset, quis oro iusticiae fructus? quis esset probitatis & honestatis? An non illud Epicureum rite celebraretur ab omnibus, Edanus & bibanus, cras enim morimur? Rursus, si uere credamus resurrectionem, quis oro ex nobis temere polluerit corpus suum quod certo nouit immortalitati esse dicatur? Necessaria itaque est mortuorum resurrectio & maxime hominibus inculcanda.

Iudicium.

Vltimo loco statuitur Iudicium aeternum, hoc est ultimum illud iustissimi Dei decretum, quo alios quidem aeternis addicet cruciatibus: alios uero nunquam finiendis gaudijs, unde consequitur aeternam esse uitam & mortem. Vitam inquam iustorum, & mortem, hoc est, condemnationem iniustorum perpetuam. Ioann. 5. Matth. 25. Isaie 66. & Marci 9. Et haec quidem communia sunt capita introductionis in religionem Christianam, uerus & genuinus apostolorum Catechismus.

Atque id faciemus, si quidem permiserit Deus.

Istis iam remouet à se communium locorum tractationem elementariam institutionem, ac redit ad ob-

SED VLITAS CHRISTIANA. 60

iurgatione, exitium minitans ne pergant in re coepta, & persistant. Atque de ijs (inquit) satis iam olim disputatum, ut nunc nihil supersit aliud, quam ut indies, spartam quam nacti sumus, adornemus etiam. Ad quam rem perficiendam opus erit Dei consilio auxilioque. Nam Deus is est qui agit in nobis & ut uelimus & ut efficiamus pro bono animi proposito. Siquidem ipsi non idonei sumus ex nobis ipsis cogitare quicquam, sed omnis idoneitas nostra ex Deo est, qui & in Euangelio dixit, Sine me nihil potestis facere. Prudentissime itaque adiecit apostolus, Si quidem permiserit Deus.

Nam impossibile est, ut qui semel fuerint illuminati, gustauerintque donum caeleste, & participes facti fuerint spiritus sancti, gustauerintque bonum Dei uerbum, ac uirtutes futuri saeculi, si excidant, de integro renouentur per poenitentiam, ab integro crucifigentes sibi metipsis filium Dei, & ludibrio exponentes.

Nunc admouet currentibus calcaria, poenas intans & indignitatem rei proponens, si in ipso cursu, aut constiterint segnes, aut prorsus exciderint. Atque hic ille in speciem difficilis locus est, reuera facilimus, quo nonnulli arbitrantur Nouaticum dogma asseri, quod lapsis à baptismi lauacro, poenitentiam negat. At Paulus neque hic neque alibi negauit lapsis poe-

Oppositum loci.

nitentiam, & proinde Catharorum sectam non inuit.
 Id si à me clarius dici uelis exhibeo tibi huius Epistolæ
 caput 7. 8. 9. 10. in quibus ipse Paulus probat, Christum
 unica oblatione, non unicum tantum, aut certa quedam,
 abstulisse peccata, sed omnia. Sed & in 2. cap. claris
 sine dicit, Christum per omnia fratribus similem esse
 factum, ut misericordem & fidelem agere posset ponti-
 ficem, in ijs quæ apud Deum forent agenda, ad expian-
 da inquam populi peccata. Et in 5. Accedamus igitur
 (inquit) cum fiducia ad thronum gratiæ, ut consequamur
 misericordiam, & gratiam inueniamus in oportu-
 num auxilium. Ideo lapsis penitentiam non negauit,
 qui Christum intercessorem nobis proposuit, & ad
 hunc omni tempore, & quoties auxilio opus fuerit,
 inuitauit. Quid igitur hoc loco sibi uoluit? Verborum
 & rerum amplificatione Hebræos detertere ab incō-
 stantia, segnitie & tarditate, & hortari ut constan-
 ter in ueritatis pergant tramite. Habet autem hoc dic-
 cendi genus omnia ea schemata quæ reddunt acrem,
 & ardentem orationem, adeo ut nonnunquam ipsa
 sese amplior sit & sese uincat oratio. Quis enim ne-
 scit quid uel una possit amplificatio, quid hyperbole?
 sub quas proculdubio hic Pauli locus referri debet ma-
 xime, quod tanto uerborum incremento, congerie, &
 delectu omnia agit, quod Christum à desertoribus ite-
 rato crucifigi, eundem & infamari assenerat. Quis
 enim

Confilium
& phras

enim tam stupidus qui hic non uideat & amplificatio-
 nem & hyperocham? Qui igitur sit, ut non obserue-
 mus & authoris consilium, & dicendi genus? quid ob-
 secro nodum querimus in scyrpo? quin ipse protinus
 subiungit, Ceterum meliora de uobis pollicemur no-
 bis, tametsi sic loquamur. Cum enim exhortatio ne-
 scio quid monentis præcipientisq; aut etiam desperan-
 tis habeat, & quorundam ingeniorum tanta sit perti-
 nacia, ut non nisi asperis moueantur, sit, ut post acerbis-
 tatem, cupiamus importunitati nostræ dari ueniam. Id
 quod hoc etiã loco à Paulo obseruari uidentur, ut nunc
 nemini dubium esse possit, quin in deterrendo exagge-
 rationibus usus sit, inde uero dixerit Impossibile es-
 se. Nam & Erasmus dicit, hanc difficultatem explica-
 ri posse, si accipiamus impossibile dictum esse pro eo
 quod admodum sit rarum & difficile.

Quod si etiamdum contendas, & simplicitatem
 orationis uel dictionis amplecti nolis, iam illud te am-
 plecti oportebit, apostolum à Necessitate & Impossi-
 bili argumentari, ad hunc modum, Dixi ista nos factu-
 ros, nec temere dixi, Necessario enim qui uere cre-
 dunt sancte perstant in ueritate, & subinde pergunt
 in sinceritate. Si enim non pergant uel prorsus exci-
 dant, proculdubio credentes non erant, sed hypocri-
 tæ. Nam Ioannes, Exierunt (inquit) ex nobis, sed non
 erant ex nobis: nam si fuissent ex nobis, permanissent

Contextus.

EXPOSITIO CAP. VI.

utiq; nobiscum. Cum ergo fides uera sit constantissima
num Dei donum, necessario sequitur quod ista factus
ri sitis. Vel ad hunc modum, Si possibile esset, ut quis
à cognito deficeret Deo, nulla illi restaret salus. Ver
rum id impossibile est, ergo salus, si uere credatis cer
tissima est: si inquam credatis & persistatis in uero.
Ideoq; si salus uobis cordi est, pergite in ueritate. Nam
à uero excidere, est sese in ipsum auerni barathrum
precipitare. Hæc de sensu & consilio Apostoli: nunc
cetera perstringemus.

Qui uere
credunt
peccant
quidē, sed
non exci
dunt.

Copia autem & incremento uerborū utitur, cum
dicere uult, Qui uere credunt non excidunt, sed pers
stant. Id enim pluribus uerbis, sed in idē recidentibus
exponit, ueluti Endiadi utens, quæ de una re loquimur
ac si plures sint. Nam quid aliud est illuminatum esse,
quàm donū celeste gustasse? & quodnam illud donū
celeste, nisi spiritus sancti dotes? & quenam illæ do
tes, nisi illæ, quas per salutiferum Dei uerbum percipi
mus, quod inquā æternæ gloriæ hæredes sumus? Istud
inquam qui perceperit & arrha sancti spiritus fuerit
obsignatus, excidere non potest (id enim est $\omega\sigma\epsilon\tau\tau\iota$
 $\pi\tau\omega$) Quod si exciderit, hypocrita fuit: homo repro
bus, cui non restat ulla alia hostia, quando ab ea sua
sponte excidit, quæ sola purificat. Itaq; non est ut in eo
renouationem expectemus per resipiscentiā. Ea enim
in eo mens non est quæ resipiscere uelit, quando ab eo
abhor

SEDVLITAS CHRISTIANA. 62

abhorret per quem restituendus erat. Atq; hoc ipsum
in caussa fuit, cur nonnulli hunc locum exposuerint de
peccato in spiritum sanctum, De quo & i. Ioan. 5. Por
rò qui nomen Christi, sicut Demas Hymeneus & Phile
tus, professi, recidunt, & ut Petrus ait, canis in morem
ad uomitum redeunt, ij Christum denuo crucifigunt,
eumq; summa afficiunt ignominia. Nam apostolus po
suit $\omega\sigma\epsilon\tau\tau\iota$ $\epsilon\gamma\mu\alpha\tau\iota$ $\rho\omicron\upsilon\tau\alpha\varsigma$ pro infamantes & exem
plificantes: solent autē malefici qui ob malefacta puni
untur fieri exemplū, quæ extrema inter homines igno
minia est. Latinus ergo sensum reddere uolens dixit,
ludibrio exponentes. Alij aliud hoc loco sequuntur:
sed magis quadrat hyperocha deterrenti. In hypero
chis autem nemo putat omnia reuera fieri.

Siquidem terra quæ imbrem sapius
in se uenientem cōbiberit, & progenies
rit herbam accomodam eis quorū ope
ra colitur, recipit benedictionem à Deo.
At quæ produxerit spinas & tribulos, re
proba est, & maledictioni cōfinis, cuius
exitus huc tendit ut exuratur.

Simile est quo idem dicit quod dixerat superius,
sed clarius & apertius. Adhibentur enim similia lucis
& perspicuitatis gratia. Per terram autem intellexit
homines. Per imbrem fecundans Dei uerbum. Per fru
ctus uero opera iusticiæ. Per tribulos autem perfidiā

Fructus iu
sticiæ.

et iniquitatem. Qui ergo operantur iusticiam, benedictionem à Deo consequuntur: qui uero sectantur malitiam, maledictionem accipiunt à Deo. Paria penè istis legimus apud Matth. in 13. et Lucam in 13. Ioan. quoq; in 15. unde hæc fortassis desumpta uideri poterant. Hactenus aut omni studio torporem ex Hebræorum excusit animis, cohortans ad constantiam et piam sedulitatem.

Cæterum persuasimus nobis meliora & quæ sint salubria, de uobis, dilecti, tamen sic loquamur.

Mitigat superiora, quod ea satis fuerint aspera et importuna: quemadmodum superius annotauimus. Huic uero præmollitioni non prorsus absimilis ea est, qua apud Iudæos usus est Petrus dicens, Et nunc scio fratres quod per ignorantiam fecistis, et c. Act. 3. c.

Non enim iniustus est Deus, ut obliuiscatur operis uestri & laboris ex charitate suscepti, quam exhibuistis erga nomen illius qui ministrastis sanctis & ministratis.

Causa est cur speret salutem eorum, sensus autem planus est: nisi quod iusticia Dei hoc loco accipitur pro ueritate Dei. Veritate itaq; Dei hortatur, ut pergant. Certam enim fore salutem, si pergant. Sed et laudis non nihil miscet. Porro laus in persuadendo plurimum

rum potest. Nam ita mortalium animos natura fuerit, ut uix quisquam adeo demisso sit pectore, quin laudibus erigatur. Laudat itaq; bona eorum opera, charitatem in primis, quod Deus misericordiam uelit non sacrificium. Διakovε enim, quod alij dixerunt ministrare, est inferuire et egenis suppeditare de facultatibus. Cæterum quod egeno in nomine domini impartimur, id ipsi Deo impartimur, qui in Euangelio dicit, Quod uni ex istis minimis meis fecistis, mihi fecistis. Studeamus itaq; et nos similibus Deo placere charitatis operibus, stultulas uero, non ceremonias, sed Gentiles ineptias, aspernari, et omne animi studium ac promptitudinem conuertere in egenos. Nam de misericordia habebit sermonem cum uenerit iudicare uiuos et mortuos. Matth. 25. Misericordiam exigebat et à patribus nostris apud Isaiam in 58. Misericordie igitur studeamus.

Cupimus autem ut unusquisq; uestrum idem præstet studium ad certificationem spei usq; ad finem, ne sitis imbecilles, sed imitatores eorum qui per fidem & longanimitatem hæreditatem accipiunt promissionis.

Catastrophe est et collectio. Quasi dicat, Quæ uero diximus, non eò pertinent, ut censem uos esse spiritus igni deditas, sed huc magis spectant, ut constantiam

Vere bona opera.

EXPOSITIO CAP. VI.

in uero apud uos obtineam, segnitiam porrò & incōstantiam pectoribus uestris excutiam. Et quo certius hoc apud eos obtineret, mox aliud quoq; argumentum ab exemplo maiorum deductum, affigit in hunc modū.

Constātia. Atq; ad talem constantiam in primis pertrahere debet gratissimum illud & pulcherrimum patrum uestrorum exemplum, qui constantia & longanimitate maximas res consecuti sunt. Sitis igitur & uos robustissime, non imbecilles, pauidi, segnes, trepidi & inconstantes: sed quisq; uestram idem præstet studium ad certificationem spei usq; in finem: id est, ut ipsa spes uestra persuasa certa & indubitata sit in finem usq;. Non enim qui bene cœperint seruabuntur, sed qui in uero & bono perseuerauerint usq; in finem.

Deus enim pollicitus Abrahæ, cū non posset per quenquam maiorem iurare, iurauit per seipsum dicens, Nisi benedixero tibi, & multiplicās multiplicauero te, atq; ita cū patienter expectasset, consecutus est promissum.

Dixerat quosdam fide & constantia hereditasse promissionem, hoc est, res promissas. Est enim synecdoche: istius itaq; rei nunc singulare exemplum de Abraham producit, quo simul & ad ueritatem Dei asserendam transit. Quod ad exemplum attinet nihil obscurum est. Abraham enim patienter & cum insistentia

VERITAS DEI. 64

igni quadam infractaq; expectauit constantia ac fide, iccirco id quod expectauit assecutus est. Expectamus igitur & nos, fidamus uerbis eius, scrutemur uerteno excusso, mysteria eius, perseueremus inquam in uia eius, & proculdubio promissiones, id est, res promissas, nos quoq; hereditabimus. Quod autē ueritatem & certitudinem promissionum Dei attinet, ipse Deus per semetipsum iurauit, dicens, ἢ μὴ ὄν, Profecto supra modum benedicam tibi, atq; ultra quàm dici potest (id enim possunt anadiplofes Hebraicæ) multiplicabo te. Et sanè ἢ μὴ ὄν, ὅν τω, reuera significat, & apponitur ferè iurijurando. Verum hæc pars de ueritate Dei & de iuramento plenius intelligitur ex consequentibus.

Nam homines quidem per eum iurant qui sit maior, atq; ipsdem omnis cōtrouersie finis est, si accedat iurijurandi confirmatio. Huius rei gratia cum Deus eximie uellet hæredibus promissionis ostendere firmitatem consilij sui, intersposuit iurjurandū, uti per duas res imutabiles, in quibus fieri nō posset, ut mentiretur Deus, ualidam consolationem haberemus.

Humano more, κατ' ἐξήγησην de iurandi ritu inducto, demonstrat cur Deus iurauerit, & quam certa sit ueritas eius. Humanus uero iurandi ritus hisce uer

Deus cor
iurauerit.

EXPOSITIO CAP. VI.

bis describitur apud Moſen Exodi 22. Si quis dederit proximo ſuo aſinum uel bouem, & omne iumentū abſtulerit, & mortuum fuerit, aut conſtractum uel captum, nulluſq; hoc uiderit: iuſſurādum domini erit inter ambos, quod non extenderit manum ad rem proximi ſui, ſuſcipietq; dominus rei iuramentum, & ille redere non cogetur. Ex quibus uerbis liquido conſtat, quomodo iuramentum dirimat litem, omniſq; conerſae uerſae finis ſit. Nam reus iuramento dato abſoluitur, & accuſator iuramento accepto ita astringitur, ut accuſationem ponere cogatur illiuſq; accedere iuramento. Ad hunc itaq; modum cū Deus humano generi ceteritudinem earum rerum, de quibus nonnunquam humana ambigere ſolet imbecillitas, demonſtrare uellet, iurandum interpoſuit, ut uel ſic infirmitati noſtrae ſuccurreret, qui iuramento aſtricti palam uidemus immutabilia eſſe conſilia Dei, utpote iuramento & promiſſione firmata: nihil igitur heſitaremus, ſed firmam conſolationem haberemus fore, ut ea certo aſſequeremur, quae ille promiſit & iuramento firmauit. Iuramentum autem fore, ut ingrediamur in requiem eius, modo credamus & benignas aures uerbo eius praebearius: iurauit item fore, ut Chriſtus ſit fidelium ſacerdos in aeternum ſecundum ordinem Melchizedech: & proinde certo conſequemur ſalutem, & Chriſto fruamur in aeterno & aeterno ſacerdote. Iam enim commodiſimo

natio

VERITAS DEL. 65

natio tranſitu ad id redit, unde paulo ante digreſſus erat, quod equidem ſequentibus oſtendemus, ſi illud prius monuerimus.

Hinc conſtare quod Chriſtiano iuramentū dare & magistratui liceat accipere. Siquidē Apoſt. hoc in loco palam dicit Deū ad morem iuraſſe humanū. Non eſt igitur quod nobis male ſani baptiſtae obijciant apoſtoli loqui de prophanis: non enim prophanis rebus adaeptat ſe Deus ſanctus, ſed puris, ſanctis, & bonis. Sanctū itaq; & bonum eſt iuramentum. De honeſto enim uero & ſancto loquimur, non de periurio, blaſphemia & execrabili execratione. Nam ut haec cupimus eſt Chriſtianorum conſortio ſublata: ita iſtud in ſumma eſtimatione & reuerentia uolumus haberi, niſi nobis ſordeat gloria Dei, qui praecipit & dixit, Dominum Deum tuum timebis, & illi ſoli ſeruias, ac per nomen illius iurabis. Vnde & propheta deſumpſit, quod in Pſalmis poſtea ſcripſit, Ille habitabit cum Deo qui iurat proximo ſuo & non mutat. Pſal. 14. Et iterum, Et laudabitur omnis qui iurat per Deum, Pſal. 62. Nā iuſſurandum eſt conteſtatio Dei, quod ea quae adſerimus uel negamus, proſus ita habeant ſicut aſſerimus uel negamus, & adeo certa & firma ſint, ut omni nos penitus Dei ſubduxerimus auxilio, ni ita habeant. Illa itaq; uera & iuſta eſt iuriſſuradi formula, qua ad exemplum Dei, Abrahae, & ſanctorum omnium, item ad

De iureiurando.

K

EXPOSITIO CAP. VI.

prescriptum uerborum Dei apud Isaiam in 45. ^{et 61}
 non per aliū iuramus, quā per summum ^{et} aeternū.
 Solus autē Deus summus est, ergo per solius Dei nomen
 iurandum est, nō per creaturas, nisi eas creatori equa-
 re uelimus. Qui enim iurant summū ^{et} charissimū
 sibi ^{et} optimum bonum contestantur, quod aliud esse
 non potest, quā ipse Deus. Proinde perfidiam a se
 depellere nullo iure possunt, qui iuramenta uel dant
 uel accipiunt, Diuorum nomine firmata. Neq; uero
 exemplū pro se habent in sacris ullum. Nam ut ueteres
 iurabant, Viuit dominus: ita uetus Dei Ecclesia ali-
 ud non prescripsit iuramenti genus quā, Ita me Deus
 us adiuuet. Maxima autem semper fuit apud omnes
 Gentes iurandi religio. Sanctissima quoq; est eius
 in sacris scripturis mentio: grauissima itē poena per
 iurio ^{et} perfidiae statuta: quid quod in plerisq; legis
 bus perfidia capitalis est? Hoc itaq; impudentius ^{et} ca-
 lamitosius est presens nostrum seculum, quo adeo uili
 penditur iuramenti sacramentum, ut non alio aequo.
 Nam ^{et} ipsi principes iuramenta prohibito ^{et} commo-
 modo figunt ^{et} refigunt. Populus autem nihilo impu-
 dentius eadem pro utilitate aestimat. Siquidem ipse De-
 us nobis sordet, sordet omnis religio, ipsaq; fides, ipsa
 item ueritas superas concessit ad auras, In quorū subie-
 re locum fraudesq; doliq; insidiaeq; ^{et} uis ^{et} amor
 sceleratus habendi. At in hoc institutum erat ius iu-
 rati

Lege Gel-
 lium in 7.
 cap. 18.

VERITAS DEI. 66

randum, ut ueritatem assereret, insidias prohiberet,
^{et} sanctimoniam, iusticiam, ^{et} iudicium conseruaret.
 Ideo merito coleretur sanctius, neq; ob quasuis res ridi-
 culas ^{et} leuiculas exigeretur. Nam frequens illius ^{et}
 prophanus usus, contemptū parit, contemptum sequi-
 tur poena, ^{et} excidiū. Vbi uero de gloria Dei, ^{et} de
 salute reipublicae ac proximi agitur, tū citra offensio-
 nem Dei, ^{et} accipi ^{et} dari potest iuramentum. Sed
 redimus ad Paulum, ne quid nimis.

qui huc confugimus, ut potiamur pro-
 posita spe, quam uelut ancoram tenemus
 animae tum tutam tum firmam, & introe-
 untem vsq; ad ea quae sunt intra uelum, ubi
 praecursor pro nobis ingressus est iuxta or-
 dinem Melchisedech pontifex factus in
 aeternum.

Hic ille ad consequentia Transitus est, cuius sensus
 est, Ista uero omnia in hoc dicta sunt ut promissioni-
 bus Dei credatis, utpote firmis ^{et} salutaribus. Id enim
 si feceritis, Christum suscipietis sacerdotem, quippe
 qui iure iurando ordinatus est sacerdos a Deo secun-
 dum ordinem Melchisedech: ideoq; ^{et} purgatis etiā ac
 benignis auribus de hoc Christi sacerdotio audietis
 differentem. Istitis uero iterum ad id redit, unde in 5.
 cap. fuerat digressus. Hic tamen notandum quod per-

EXPOSITIO CAP. VI.

Spes. spem intellexit ipsam rem quæ speratur. Spei uero obiectum est ipse Deus, ueritas eius, Iesus Christus, quem & uenustissima allusione uocauit ancoram animæ & tutam & firmam. Nam sub eius presidio tuti degimus & solido innixi fundamento firmiter aduersus omnia mala stamus. Erasmus enim in Chiliad. Ancoram (inquit) Græci prouerbialiter usurpant pro refugio & pro omni eo cui innitimur, cuiq; fulcimur fiducia. Sumpta à nauibus metaphora, quæ cum ancoris sultæ sunt ueluti defensæ à fluctibus quiescunt. Præterea fingit Paulus ancoram istam in coelos etiam (quos per interiora figurauit) pertingere & infixam esse, hoc est, spem nostram in coelestia fixam esse: in coelos enim susceptum esse Christum, qui sit uia, ueritas, uita & sacerdos, per quem & seruentur quotquot confitentur eum esse illum à Deo ordinatum sacerdotem secundum ordinem Melchisedech. De qua re prolixè satis differet in consequentibus, hucusq; enim pertingit digressio. Tu interim committe hæc Pauli uerba ultimas, quæ dixerat in medio cap. 5. dum iam digredi uellet, & uidebis uenustum ingenium.

REDITVS.

Proxi^o autem & argumentum consequentium usq; ad cap. 9. hoc est, Tertio iam dixerat Christum prophetæ uaticinio sacerdotem esse cognominatum secundum ordinem Melchisedech, semel itaq; explicat

CHRISTVS SACERDOS. 67

candum erat quis ille Melchisedech, & quis ordo (ut sic dicam) Melchisedechicus. Porro ea expositione docemur solum Christum uerum & æternum esse sacerdotem, unice uenerandum: quod equidem huius disputationis caput est. Docemur eundem Leuitis quoq; maiorem & meliorem esse, utpote per quem abolita sit lex, ipsumq; cessauerit Leuiticum sacerdotium: cui interim pulchre confertur sacerdotium Christi, ut huius uideatur perfectio, illius uero imbecillitas. At in s. cap. eadem illa omnia breui quodam colligit repetitq; epilogo, quæ hætenus disputarat de sacerdotio, eademq; adhuc euidentiora facit a scripto Ieremie testimonio. Ceterum in quem finem hæc omnia de Christi sacerdotio disputentur, annotauimus in argumento Epistolæ. ipsius autem Pauli uerba hæc sunt.

Hic enim Melchisedech erat rex Salem, CAP. VII sacerdos Dei altissimi, qui occurrit Abrahamæ, reuertenti à cæde regum, & benedixit illi, cui & decimas ex oibus impertitus est.

Et hætenus quidem pura solaq; recensuit historiarum uerba, quæ in Genesi totidem penè uerbis extant cap. 14. & à D. Hieronymo in Epistola ad Euagrium ex Hebræo sic translata sunt, Et Melchisedech rex Salem, protulit panem & uinum: erat autem sacerdos Dei excelsi: benedixitq; illi & ait, Benedictus Abram Deo excelsio, qui creauit cælum & terram, & bene-

EXPOSITIO CAP. VII.

Reges etiā
Pontifices

dictus Deus altissimus, qui tradidit inimicos tuos in manū tua: & dedit ei decimas ex omnibus. Porro Iosephus Antiq. lib. 1. cap. 18. Ministravit autem (inquit) iste Melchisedech Abraham exercitui xenia, & multam abundantiam rerum opportunarum simul exhibuit, & super epulas eum collaudare cœpit, & benedicere Deum qui ei subdiderat inimicos, Abraham uero dante ei etiam decimas spoliorum, manus accepit, &c. Porro ne quis miretur, sciendū est apud Gentes & maiores nostros, reges semper fuisse sacerdotes pontificesq; idq; ob singularem probitatem, integritatem, & pietatem, qua præcellere debent, qui rerū gubernaculis præfecti sunt. Sic apud Maronem legimus, Rex Anius, rex idem hominum, Phœbiq; sacerdos. Et alibi, iura magistratusq; legunt sanctumq; Senatū. At in Paulo sequitur.

Qui primum quidem ex interpretatione dicitur rex iusticiæ; deinde vero etiā rex Salem, quod est rex pacis, sine patre, sine matre, sine genealogia, nec initium dierū, neq; uitæ finem habens, sed assimilatus filio Dei, manet sacerdos in perpetuum.

Quomodo
Melchisedech
Christū figurat.

Iam ipse quantum præsentī seruit negotio, singula exponit, in primis uero excutit circumstantias, Nomē uidelicet rei, genus, locū, & conditionē, quæ sigillatim expendemus. Primum quidem Melchisedech per

CHRISTVS SACERDOS. 68

etymologiam dicitur rex iusticiæ. Nam מלך significat regem, מלך autem iusticiam. Porro de Christo tradit sanctum Euangelium, quod rex sit mansuetus et iustus, sancti populi Dei, iustificans eos qui sint fidei in eum. Hunc enim Iesum illum à Deo nobis factū esse sapientiam, sanctificationem, iusticiam & redemptionem. Christus itaq; uerus est Melchisedech, unica totius orbis iusticia, quem retro per typū figurauit Chanaanæ rex Melchisedech. Deinde uero audimus Melchisedech regem fuisse Salem, hoc est, pacificum regē. שלם enim significat pacē. At de Christo scripsit apostolus ad Ephes. 2. Christus est pax nostra qui fecit ex utrisq; unū, ut reconciliaret Iudeos & Gentes in uno corpore Deo per crucē. Et ad Col. 1. In Christo placuit patri uniuersam plenitudinē inhabitare, et per eū reconciliare cuncta erga se, pacificatis per sanguinē crucis eius per eundē, siue quæ in terra sunt siue quæ in cœlis. Christus itaq; uerus est Melchisedech rex Salem, uera anima, pax uerumq; conscientie gaudium. Quæ autē Hieronymus ad Euagriū de Salem Salem, contra Iosephum disputat, nō est huius nostri instituti recensere. Multis enim probat Salem hanc non fuisse Hierusalem, sed oppidum quoddam iuxta Scythopolim, cuius mentio & in Genesi fiat cap. 14. & in Euangelio Ioan. 7. Siquidem parum referre Salim legas an Salem, qui ergo plura uelit in ea, quæ citauimus,

Epistola, legat. Tertio quod ipsum genus Melchisedech attinet, ἀπατρὸς καὶ ἀμῆτρὸς est, id est, sine patre & sine matre. Id uero quomodo intelligi debeat, exponit ipse Paulus hac subiecta uoce ἀγενεαλόγητος, id est, sine genere, semiens Melchisedechi genus uel prosapiam in scripturis non esse relatam, atq; hoc quidem modo Melchisedechum esse sine patre & sine matre. Etenim diuino consilio factum esse ut Melchisedechi progenies à Mose non sit recensita, propter Christum. Hinc & Erasmus transtulit, ignoti patris, ignotæ matris, & generis ignoti: quod equidem minus habet questionis, quàm si dicamus, Sine patre & sine matre. Et D. Chrysostomus, Intuere (inquit) quali contemplatione istud exposuit, Et quis hoc unquam de homine dixerit? Non re ipsa, inquit, dico: hoc est, nescimus quem patrem habuit uel quam matrem, neq; quando natus est, & quando mortuus est. Hæc ille. De industria ergo subticuit scriptura genus Melchisedech: non quod homo uerus non fuerit, sed ut typum Christi referret. Aliàs nõ ignoramus Hebræorum commentum, quod & D. annotauit Hieron. Melchisedechum ex Sem primo Noë filio esse genitum. Sed ualeant hæc. Hic enim legimus, Neq; initium dierum, neq; uitæ finem habens. Cuius quidem expositio mox sequitur, Assimilatus est filio Dei, quasi diceret, non ipsa re sic fuit, sed ita de eo loquitur scriptura ut typum

typum generet Christi. De quo reuera scripserunt propheta, Generationem eius quis enarrabit? Et iterum, Et egressus eius ab initio à diebus eternitatis. Ideoq; si diuinitatem in Christo spectes, matre caret. Nam ex patre genitus est ante sæcula. Porro si humanitatem Christi spectes, sine patre est. Non enim ex uirili semine conceptus & editus est, sed cooperante sancto Dei spiritu ex intemerata uirgine Maria. D. Augustinus de hæresibus ad Quodouultdeū, ostendit ex hoc loco exortam esse Melchisedechianorum heresim, qui senserint Melchisedechum hunc nostrum, non uerum fuisse hominem, sed angelū siue uirtutem Dei magnam. De qua re disputauit etiam Hieronymus ad Euagr. Sed quorsum hæc omnia? ut intelligamus quis sit ordo Melchisedechicus, nempe is quo unus & solus & semper est sacerdos. Nunc enim palam sequitur, MANET sacerdos in PERPETVVM. Christus itaq; qui est iusticia & pax nostra, uerus Deus & homo, ille in prophetis & lege promissus sacerdos est perpetuus, post quem credentes alium sacerdotem nõ querunt, quod hic perpetuus sit & successorem non habeat ullum. Hinc enim significauissime dicitur uer, manet sacerdos, & non, est sacerdos: illud enim euidentiùs est. Nam si manet neq; uicario neq; successoris opus habet. De quo plura in sequentibus. Ex istis uero facile liquet, quis sit ordo (τῶς) modus, ratio

est illud
alms. i
uolam
Ordo Mel
chisedechi
cus.

EXPOSITIO CAP. VII.

constitutio & dispositio sacerdotij Melchisedechici, iuxta quam credimus Christum esse sacerdotem. Et cū hæc tam sint clara & firma, & ecclesia Dei nō agnoscat aliū ordinem quàm Melchisedechicum, non immerito miretur quis, quoniam ordine constituantur in Pæpistica Ecclesia sacerdotes, qui quotidie sacrum Christi pro peccatis corpus imolent? Fortassis secundū ordinem Bel, Achab, & Iezabel.

Consyderate uero quantus hic fuerit, cui etiā decimas dedit Abraham patriarcha de spolijs.

Christus
Leuitis
maior.

Pergit apostolus & ex eodem Mosis loco ostendit Christum, ut sacerdotem perpetuum, ita multis modis Leuitis quoq; esse maiorem & digniorem: quibus p̄lchre delabitur ad confutationem Mosaici siue Aaronici sacerdotij, certe ut solius Christi statuatur sacerdotiū. Hæc autem ueluti summa proponitur cōsequentiū, Christum uidelicet præcellentiorem esse Leuitis: quanquam hæc præsentia, magis pertineant ad illud quod primo sequetur argumentum. Cæterum per Melchisedech perpetuo nūc κατ' ἀντινομίας, id est, per nominis permutatiōē, Christū intelligit, idēq; propter typum. Decimas aut uocauit xenia siue munera, propterea quod honorifica apud ueteres munera Decimæ dicerentur. ἀποβίβια uero quæ interpres dixit Spolia, reuera frugum primitiæ sunt: sed apo

CHRISTVS SACERDOS. 70

apostolus ea per Catachresin posuit pro manubijs et opimis spolijs, etsi nō dubitem cum ad primitias & decimationes frugū alluisse, eò quod paulo post earum quoq; decimarum meminit. Præmissis autem istis iam ipsa subiicit Epicheremata, omniaq; per collationem quandam coniungit, sic.

Equidem filij Leui qui sacerdotio erant præfecti, mandatum ex lege habent ut decimas accipiant à populo, hoc est, à fratribus suis, tamen & ipsi ex lumbis egressi sint Abrahamæ. At is qui genus suum ab illis non ducit, decimas accepit ab Abraham.

Ex ratione dantis & accipientis, hoc est, ex relatione, quæ Aristotiles uocauit πρὸς τι, καὶ πρὸς ἄλλο, nostri uero Ad aliquid, probat Christū Leuitis esse maiore, ad hūc modū: Leuitæ nō nisi à suis fratribus, qui & ipsi erant de prosapia Abrahamæ, ueluti æquales ab æqualibus, accepere decimas. Sed Melchisedech nō à fratribus & cōtribulibus suis, sed ab ipso Abrahamo xenia accepit. Hoc ergo maior Leuitis est Melch. quod dignior est filijs pater. Alij hunc locum per Soriten quæ καίμακτι, hoc est, gradationi cōfinis est, sic ferè expedierunt, Christus est sacerdos secundum ordinē Melchisedech, Melchisedech uero, quia xenia accepit maior est Abrahamo dante. Porro Abraham, quia patriarcha est, maior Leuitis est: ergo Christus

maior Leuitis est. Porro minutius est illud quã quod sit annotandum, sacerdotium accepisse, quod habet uulgata editio, idem esse, quod sacerdotio præfectum esse, quod ego propter perspicuitatem sequi malui. Item fratres Hebræis dici comribules, qui sunt de eadem familia. Et ex lumbis egredi, idem esse quod nasci aut genus ab aliquo ducere. Christus autem genus à Leuitis non ducit, & tamen accipit decimas in Melchisedech. De decimis lege Numeri 18. & 2. Paral. 31. cap.

Et ei benedixit qui promissiones habuit. Illud uero citra controuersiam est quod illud quod minus est, à præstantiore benedicatur.

Hæc ratiocinatio plana est: nã talis est, Nemo nescit id minus esse quod benedictionem accipit, maius uero quod benedicat. Accepit autem benedictionem Abraham, benedixit Melchisedech: minor ergo est Abraham, maior Melchisedech. Et per consequens, si minor est patriarcha qui promissiones habuit & magis gnus coram Deo fuit, certè minores sunt etiam filij Leuitæ. Verisimile autem non est Melchisedechum uirum sanctum & prudentem aniles præstigias super capite immurmurasse Abraham, sed Apostolum magis allusisse ad promissionem Abraham dictam & semini eius, in semine tuo benedicentur omnes Gentes. Et quod clarius

Benedi-
tio.

de hac benedictione scripsit apostolus in Ephe. cap. 1. Benedictus Deus & pater domini nostri Iesu Christi, qui benedixit nos omni benedictione spirituali in cœlestibus Christo, hoc est, Laudatus sit Deus qui est pater domini nostri Iesu Christi, qui abunde ditauit nos omnigenis dotibus, cœlestibus & spiritualibus, tunc cum Christum nobis exhiberet. Varius enim in sacris huius uerbi Benedicere, usus est.

Atq; hic quidem homines qui moriuntur decimas accipiunt. Illic autem is de quo testatum est quod uiuat.

Tertia probatio & collatio & ipsa plana est, deducta ab oppositis, quæ Græci uocant τὸ ἐναντία, quanquam uita & mors reuera sint priuantiæ. Porro sensus est, in lege mortales homines accipiunt decimas: at in typo Euangelij uiuens accipit xenia. Quo itaq; morte præstantior uita, & quo immortalis mortali melior, hoc Christus Leuitis maior est. Et quidem obseruandum est quod perpetua quadam Antonomasia usurpat Melchisedechum pro Christo. De eo enim scriptum est, in ipso uita erat.

Et ut ita loquar in Abraham decimatus est etiam ipse Leui, qui decimas solet accipere. Nam is adhuc in lumbis patris erat cū Abraham occurreret ipsi Melchisedech.

Καὶ ὡς ἐπὶ οὐρανῶν, Vel rei nouæ præmolitio est,

EXPOSITIO CAP. VII.

ut sit sensus, Et ut nouū & mirabilius quiddā dicā. Vel correctio est, quasi dicat, Et ut augustius quippiam dicā, ipsi Leuitæ addecimati sunt Melchisedech. Probatio. Erat enim tunc, cū Abrahæ occurreret Melchisedech, Leui in lumbis patris sui. Maior itaq; Christus Leuitis. Nā Leui per metonymiam pro omnibus ponitur Leuitis. Et hactenus locū Mosis Gen. 14. illustrauit, eoq; illud prophætæ exposuit, Tu es sacerdos in eternū, secundū ordinem Melchisedech. Ex istis enim didicimus quis ille Melchisedech, quis ordo, quodnam sacerdotium, & quā excellens. Iam sequitur.

Iam uero si omnis perfectio in Leuitico constituta est sacerdotio (populus enim ab hoc legem accepit) quid obsecro opus erat alium exoriri sacerdotem, qui secundum ordinem Melchisedech & non secundum ordinem Aaron diceretur?

Propius ad institutum suū accedit & omnia clariū dicit. Principio tamē obseruandū est Leuitici sacerdotij nomine, id quod uel illa satis coarguit parenthesi, Paulum intelligere quicquid ceremoniarum & rituum cōprehenditur in sacerdotio illo externo. Ideo postea quā in precedentibus antithesi ob oculos adumbrasset Christū Leuitis esse maiorem: idem illud nunc clarioribus facit argumentis, in hoc ut uideremus & sacerdotium & legem quoad ritus, ueluti infirma esse

CHRISTVS SACERDOS. 72

fasse per Christum. Nam sic argumentatur, Si Aaronū cum sacerdotium eo consilio à Deo ordinatū erat, ut in hoc immutaretur nihil, sed unica & sola satis esset ad salutem: id quod Hebræi contendebant, iam non opus fuisset ullum alium polliceri sacerdotem quā Aaronicū. Atqui alius per prophetam promissus est, qui secundum ordinem non Aaron sed Melchisedech sit constituendus: proinde Aaronicum sacerdotiū tale non est, quale Hebræi uideri uultis: sed imperfectū & unā cum lege sua abolendum. Istis uero ancillantur & consequentia.

Translato autem sacerdotio necesse est ut legis quoq; translatio fiat.

Quod ex Malach. 2. cap. desumptum uidetur: ibi enim propheta, Labia (inquit) sacerdotis custodiunt scientiam, & legem requirent ex ore eius, quia nuncius domini exercituum est. Huic autem Maxime ista subiunge, Translatum est autē sacerdotium, ergo translata etiam lex. Quod autē translatum sit sacerdotium, probatur non modo ijs, quæ iam iam præcesserunt, sed ijs quoq; quæ sequuntur.

Nam is de quo dicuntur hæc, ad aliam tribum pertinet, de qua nullus altari affinit. Palam est enim quod è tribu Iuda exortus sit dominus noster. At nihil locutus est Moses de sacerdotio, quod ad hanc tribū pertineat.

EXPOSITIO CAP. VII.

Lex (inquit) Leuitica à Deo per Mosen Hebræis data eos duntaxat constituit sacerdotes, qui sunt ex tribu Leui, Numeri 16. & 17. Christus autem non est ex tribu Leui, sed ex tribu Iuda, utpote Dauidis filius, ex quibus nemo unquam, præter infelicem Osiam, altari assistit, id est, sacerdotali functione usus est. Nequaquã itaq; secundum legem Christus ordinatus est. Interim uero sacerdos est, quia de eo scriptum est, Tu es sacerdos in æternam secundum ordinem Melchisedech: ergo sacerdotium translatum est: translata itaq; & lex. Hæc aut̃ omnia differuit aduersus Hebræos, qui adeo nitebantur Leuitico sacerdotio & ceremonijs, ut ea deseruisse scelus esse crederent ineluibile: hinc etiam Christum aspernarentur, & hæc Mosaica aduersus Christianismum, ceu blasphemam sectam, allegarent, impios se fore existimantes, si discederent à legalibus. Proinde non tremere hæc hæctenus tanta ab apostolo diligentia sunt disputata.

Abrogatio
& usus legis.

Exigit autem hic locus ut paucis de abrogatione legis dicamus: quod ergo alij perplexis tradunt disputationibus, id figurarum & schematum beneficio lucidissime & breuissime exponemus. Nempe synecdocha quadam dici Legem esse abrogatam. Si enim per Legem intelligas uoluntatē Dei, ut sanè Lex aliud nõ est, quàm perpetua Dei uoluntas, quis obsecro dicet uoluntatem Dei, ne fiat aut prædicetur, esse abrogatam?

CHRISTVS SACERDOS. 73

At cum lege Dei quedam pro tempore & personis externa & typica præcepta sint, fit, ut Lex abrogata dicatur, cum reuera ea duntaxat pars sit abrogata, qua traduntur typica. Nam æquum est, ut corpori cedat umbra, & perfectiori imbecillius. Qua ratione ea legis pars uerius translata dicitur à nobis, quàm abolita. Imò cum de ipsa mandatorum lege dicimus, eam quoq; esse abolitam: non id, quod pleriq; autumant, dicimus, mandata de pietate & innocentia esse deleta: sed odium legis in cordibus nostris dicimus esse ablatum. Cum enim Christi beneficio spiritu libertatis donamur, fit, ut nunc uolentes & cū gaudio agamus, quod prius per carnis imbecillitatem summo etiã odio infectati sumus. Abolita itaq; dicitur lex, id est, legis odium, quod in carne, priusquam spiritum imbiberet, erat. At quis hic tam stupidus, ut Metonymiam nõ sentiat? Sed & eadem illa lex per Metalepsim accipitur pro eo quod lege fit & manifestatur. Per legem aut̃ manifestatur peccatum & damnatio: itaq; pro peccato & damnatione usurpatur. Hac autem significatio tunc dicimur liberati à lege, cum per crucem Christi, ea nobis peccata credimus esse abolita, quæ inditio legis cognouimus esse peccata. Sic Paulus, Etenim quod lex (ait) præstare non poterat, eò quod imbecillis erat per carnem, hoc Deus proprio filio in carnis missio, præstitit, & quæ sequuntur. Notus est enim lo-

EXPOSITIO CAP. VII.

et Pauli ad Rom. 8. Rursus cum lex alibi pro uin-
 cta ponatur, quam de maleficis sumere iubet Deus,
 Christiani à lege liberati dicuntur, quod aliàs per fide
 iusti sint, nemini noceant, & in leges istas non inci-
 dant. Sic Paulus dixit, Iusto legem non esse positam.
 Item fit ut lex pro ipsa ponatur scriptura. Quis uero
 hic dixerit omnem scripturam esse abolitam? Rursus
 quis nesciat plurima ueteris scripturæ, maxime prom-
 missiones de Christo, per Christum esse completas? &
 proinde legem ea duntaxat parte abrogatam, aut ue-
 rius translata, qua traduntur promissiones. Quæ cũ
 multi non uideant, aut uidere nolint, fit, ut alij quidem
 impia quedam tradant, alij uero tam intricate de pla-
 no aliàs negotio differant, ut ipsis penè alijs opus sit
 interpretibus, qui quid disputarint, exponant. Sed
 redimus.

Idq̃ totum inde clarius liquet, si quidem
 ad similitudinem Melchisedech exoritur
 sacerdos alius, qui non creatur secundum
 præscriptum mandati carnalis, sed secun-
 dum potentiam uitæ indissolubilis, cũ re-
 stificetur, Tu es sacerdos in æternũ, secun-
 dum ordinem Melchisedech, sanè abroga-
 tio fit prioris præscripti siue legis, idq̃ pro-
 pter ipsius imbecillitatem & inutilitatem.

Idem tradit quod superius, nempe sacerdotiũ Leui-
 ticum

CHRISTVS SACERDOS. 74

ticum unà cum lege quadam necessitate esse mutatu,
 sed subinde clarius loquitur. Nunc enim per opposi-
 ta ad hunc modum argumentatur, Lex Leuitica carna-
 lis est, & carnem uarijs lustrat ceremonijs. Porro sa-
 cerdos ille cuius propheta meminit, carnalis non est,
 quia ceremonijs dicatus non est. Oportuit ergo mu-
 tari carnalem legem. Nam si carnalis lex non erat im-
 mutanda aliquando, sanè nullus alius sacerdos, nisi
 ad præscriptum carnalis legis fuerat etiam constitu-
 endus. Est autem alius constitutus: non equidem ad
 præscriptum legis carnalis, sed secundum potentiam
 uitæ indissolubilis, nempe ne aliquando moreretur aut
 non esset, aut crasis illis ac pecuinis uictimis ege-
 ret: prorsus itaq; ipsa lex mutanda erat, per sese ali-
 as infirma & inutilis. Quod si hæc ita se ha-
 bent, ut sanè aliter habere nequeunt, quem oro post-
 hac pigeat animum à sacerdotio subducere Leuiti-
 co? Quis uero non gestiat etiam sese totum Christi
 dedicare iugi sacerdotio? Nam Christus perfectio
 legis est, ad salutem omni credenti. In eo enim com-
 placuit patri omnem inhabitare plenitudinem &
 perfectionem. Proinde si sponse temetipsum semel
 tradideris Christo sacerdoti, figuræ autem deserue-
 ris Mosaicas, nihil prorsus amisisti, ò Hebræe, ni-
 si quod amisisse quàm seruisse præstat. Legalia
 enim imbecillia sunt & inutilia. At quis non malit

Hypotheti-
 cis maxia
 me delecta-
 tus est Pau-
 lus.

mus
 ambat

EXPOSITIO CAP. VII.

sibi firmissima pro infirmis, & utilissima dari pro
utilibus rebus? Stupidissimi itaq; mortaliū sumus &
nos qui hodie quoq; stultum & elumbe pontificis Ro-
mani sacerdotium, sed & humanas traditiones defen-
dimus: de quibus tamen scriptum est, Frustra me co-
lunt docentes doctrinas hominum.

Nam nihil ad perfectionem adduxit
lex, uerum erat introductio ad spem potio-
rem, per quam appropinquamus Deo.

Lex cur
sit data,

Occupatio est, quia enim dixerat, legem propterea
esse abolitam quod imbecillis esset & inutilis, poterat
quis non immerito obijcere, Ergo? legem contemnit?
An inutile illud esse censes quod tradidit Deus? Res-
pondet, Inutilis sanè & infirma est lex, Nam ad per-
fectionem nihil conducit. Hoc est, Ceremonie legis,
ipsum sacerdotium & sacrificium Leuiticum, peccata
ta non tollunt, itaq; infirma & inutilia sunt. Cur itaq;
instituta? Ut introducerent ad spem potio-
rem, id est, ut Christi essent figura, per quem ad Deum accedia-
mus. Nam cum is sit uia, ueritas, & uita, nemo uenit
ad patrem nisi per Christum. Monebant ergo ceremo-
nie nihil elementis esse tribuendum, sed omnia futuro
Messiæ. Nam de lege etiam mandatorum sic scriptum
idem ille ad Galatas apostolus, Etenim si data fuisset
lex que posset uiuificare, uere ex lege esset iusticia.
Sed lex omnia sub peccatum conclusit, ut promissio ex
fide

CHRISTVS SACERDOS. 75

fide Iesu Christi daretur credentibus. Porro à antequã
uenisset fides sub lege custodiebamur, conclusi in eam
fidem, quæ erat reuelanda. Itaq; lex pedagogus no-
strer fuit ad Christum ut ex fide iustificaremur. Gal. 3.

Atq; hoc potio-rem quod non absq; iure
iurando res acta sit.

Hæc præcedentia & consequentia connectunt, &
summam cõsequentiã proponunt. Dixerat enim Le-
uiticū sacerdotium ideo esse abrogatū, quod infirmū
sit & inutile, Christi uero sacerdotium substitutū, eò
quod iuge sit & sempiternum: At cum ista non ab o-
mnibus probaretur sententia, idem dilucidius & co-
piosius per Antitheses illustrat, docens Leuiticum sa-
cerdotium Christi aduentu cessasse, propter imbecil-
litatem & inutilitatem. Christi uero fidelibus, ut pote
perfectum & sempiternum, unice esse propositum.
Ceterum ea quæ cœpimus, sequentibus absoluuntur.

Conten. de
monstrati-
ua.

Nam illi quidem citra iusiurandum sa-
cerdotes facti sunt, hic uero cum iureiuran-
do per eum qui dixit ad illum, Iurauit do-
minus & non pœnitebit eum, tu es sacer-
dos in æternum secundum ordinem Mel-
chisedech. Tanto potioris testamenti spon-
sor factus est Iesus.

Prima antithesis est, cuius sensus est, Christus iure-
iurando, ut immutabili inauguratus est sacerdotio. Id

Confertur
sacerdotiis
Leuitarū
& Christi.

EXPOSITIO CAP. VII.

uero probatur prophetico testimonio, Tu es sacerdos
 &c. At Leuitæ ueluti propediē immutandi citra iurandum
 sacerdotes sunt constituti. Ex illis uero iam
 sequitur, Mutabile, infirmum, adeoq; inutile esse Leuiti-
 ticum sacerdotiū: perpetuū uero perfectū & orbi uni-
 ce necessariū Christi sacerdotiū. Hanc autē argumēta-
 tionem ingenti prosequitur spiritu, & per exclamatio-
 nem quandam hoc subijcit Epiphonematis, Tanto im-
 quā potioris testamenti sponsor factus est Iesus. Quo
 significauit, nunc multo certissimā illā salutem esse,
 quæ Christi non Leuitarū nitatur sacerdotio, quippe
 quod certiore & firmiore constitutum sit ordinatio-
 ne. Nam testamentum pro ordinatione posuit, sponsorem
 pro sacerdote: quanquam non dubitem allusum esse
 se ad testamenta humana. Illud porro augustum est
 quod propheta dixit, Iurauit dominus & non poenite-
 bit eum. Nam poenitere Dei, est institutum mutare.
 Ideoq; iureiurādo se astrinxit Deus, sacerdotium filij
 sui sese nullatenus mutaturum.

Et illi quidem plures facti sunt sacer-
 dotes, propterea quod per mortem nō si-
 nerentur permanere. At hic quod idē ma-
 neat in æternum, perpetuum habet sacer-
 dotium, eò quod absolute & sine defectu
 saluare potest, qui per ipsum adeunt De-
 um, semper uiuens, ad hoc ut interpellet
 pro illis, SE

CHRISTVS SACERDOS. 76

Secunda antithesis est. Plures (inquit) apud maio-
 res erant sacerdotes. Causa, quod mortales successori-
 bus egerent. Christus autē unicus & solus est sacerdos.
 Causa, Aeternus enim & immortalis cum sit, succes-
 soribus minime opus habet. Ex quibus sequitur, Leuiti-
 cū sacerdotium infirmum esse & inutile. Sed Christi
 sacerdotium unicum & perpetuum. Hæc expendant
 Romani pontificis sacerdotes, qui multitudine non mo-
 do Iudaicos superant sacerdotes, sed ipsas etiam Liby-
 cas harenas. Expendant & illud quod sequitur, Hic
 quod idē maneat in æternū, &c. Nam si idē perpetuo
 manet sacerdos, uicarios uel successores nō habet. Vi-
 carij enim absentū sunt uicarij, & successores discedē-
 tiū sunt successores. Christus autē idē perpetuo manet
 sacerdos, nō discessit, neq; sacerdotium nobis resigna-
 uit: cuius itaq; uices agitis, o uanissimi hoīes? Quid qd̄
 multo euidentiū subijcitur? ἀπαράβατο ἕχα τῆς
 ἰερωσύνης, id est, immigrabile (ut sic dicā) habet sa-
 cerdotiū. Siue ut alij transtulerunt, Perpetuū habet sa-
 cerdotiū. Perpetuum autē dicimus integrum, solidū &
 nunquā interruptū. Nā ἀπαράβατο π̄cōpositū est ex
 εἰς, quod est uado, ἀπ̄ præpositione, & priuati-
 ua particula α. Tale enim sacerdotiū intellexit, qd̄ suc-
 cessione prorsus nō possit trāsire ad alium quempiā.
 Hinc & Erasmus in Paraph. At hic noster (inquit)
 unus est pro omnibus, nec eget successore, sed quia

Christus
 successores
 non ha-
 bet.

manet in aeternum perpetuum habet sacerdotium. Et
 Ioan. Chrysostomus, Ergo qui saluat (ait) non mori-
 tur, quia semper uiuit & non habet successorem &c.
 Cur autem successorem non habet? Quia ipse (inquit
 Paulus) ad plenum omnes credentes seruare potest.
 ἕως τοῦ αἰῶνος, id est, absolute, sine defectu, & adeo
 ut prorsus nihil desiderari possit. Semper enim uiuit,
 & in hoc uiuit (en ut perpetuo subijciatur quod cla-
 rius sit & euidentius) ut interpellat pro nobis, ἕως τοῦ
 αἰῶνος, id est, in hoc, ut conciliet,
 intercedat, & nostram in se causam recipiat. Quibus
 quid oro dici posset clarius, letius & sanctius?
 Quid itaq; uestra sacerdotali functione opus, o impu-
 dentissimi Romanistae? Cuius quae so successores estis?
 An nondum intellexistis Christum successorem habe-
 re nullum, sacerdotium uero perpetuum, adeo, ut unus
 pro omnibus, unus inquam & solus, ipse pro nobis,
 ipse inquam, nunc & semper, intercedat? Unicus enim
 est Ecclesiae suae pontifex. Unicus mediator & interces-
 sor, non in uno aliquo peccato, sed in tota peccatorum
 multitudine: neq; uero unius seculi & aliquorum ho-
 minum duntaxat, sed omnium hominum & totius mun-
 di. Nam semper uiuit, semper inquam uiuit, & expo-
 situs est τοῦς προσερχομένοις, quod locutionis ge-
 nus infinitum est, & ad omnes singulosq; pertinet, qui
 fide accedunt. Ad Deum autem, non ad diuos accedunt.

Et per Christi intercessionem, non diuorum accedunt.
 Tu enim (inquit ad Deum Isaias) es pater noster, Abraham uero nesciuit nos & Israel ignorauit nos. Tu
 autem domine pater noster es, redemptor noster, &
 nomen tuum ab aeterno est. Vbi ergo nunc Diuorum
 intercessio? Vbi sacerdotium papisticum? Vbi uero il-
 lud impiissimum dogma est, quo sophistae nobis trade-
 bant, Christum pro aliquibus tantum, & peccatis &
 hominibus, perlitasse? Hic enim didicimus Christum
 perpetuum sacerdotium habere, ad plenum saluare,
 & semper uiuere. Quod si ad plenum saluat, quid er-
 go remanet in purgatorio igne lustrandum? Viden-
 imposturas? Venustus sane & fecundus locus est, quae
 diligentius scrutandum, diligenti relinquo Lectori,
 Ego enim ad textum redeo.

Talis enim decebat ut esset nobis ponti-
 fex, sanctus, innocens, impollutus, a pecca-
 toribus segregatus, & sublimior caelis fa-
 ctus.

Huc iam ipso orationis cursu delatus est, ut paucis
 summum illum Ecclesiae Christianae Pontificem descri-
 bat, simul & ipsa necessitate demonstret, neminem in
 hisce terris, ex omnibus, qui uiuunt, hominibus, sacer-
 dotem coram Deo agere potuisse, praeter unicum Dei
 filium, Iesum Christum. Siquidem Deus purus est, san-
 ctus & inuocens: proinde oportuit eum quoq; purum

Conditio-
 nes summi
 sacerdotis

EXPOSITIO CAP. VII.

& sanctū esse, qui coram hoc Deo sacerdotali fungē-
 retur munere. Ceterū omnes homines, humano cōce-
 pti semine, peccatores sunt. Vnus Christus purus &
 sanctus est, utpote qui per spiritū sanctum conceptus
 & ex intemerata uirgine natus est. Solus itaq; Chri-
 stus uerus & sanctus, corā Deo uero & sancto, sacer-
 dos est. Hic autē unā cū Aaronicis penitus corruunt eti-
 am Romani presulis sacrifici. Nā quis nostrū quicquā,
 uel impurius uel impudēius uidit papisticis sacerdo-
 tibus? Ut enim fastū, luxū, pocula, auaritiā, inuidiā,
 iners otii, & cetera transeam flagitia, certē scortatio-
 ni, stupris, & adulterio sic polluti & addicti sunt, ut
 castum etiam excrementum coniugii, imō ad sacrū hunc
 suum ordinem probos & coniugatos nō admittant.
 Verum hic noster (ut redeamus) pontifex, ὄσιος, id
 est, sanctus & integer est. ἀκακος innocens & doli
 expers. Impollutus quoq; nulla in quā uitiorum, aut im-
 munditici labe aspersus, sed omni parte beatus, omniq;
 modo purus, nitidus & à peccatoribus segregatus. Nā
 etiā si assumpserit speciem hominis & carnis peccati-
 cis, peccatū tamen non fecit, nec inuentus est doli in
 ore eius: hinc uerū coram Deo sacerdotem agere pos-
 tuit, ipsis etiam caelis sublimior factus, id est, in caeli su-
 per omnia exaltatus, ut ibi uelut in uero Dei templo,
 pro nobis semper appareat in conspectu Dei.

Cui non sit quotidie necesse, quemad-
 mo

CHRISTVS SACERDOS. 78

modum illis pontificibus, prius pro pro-
 prijs peccatis uictimas offerre, deinde pro
 peccatis populi. Nam id fecit semel, cū se-
 metipsum obtulit.

Pertinent hęc quoq; ad superiorem descriptionē
 & antithesim. Nam Leuitæ (inquit) immolabant quo-
 tidie. Christus non quotidie sed semel tantum. Leuitæ
 item primum pro suis proprijs, deinde uero pro alie-
 nis populiq; offerebant peccatis. At Christus cū pec-
 catū non haberet, pro suis nō obtulit, sed duntaxat pro
 nostris peccatis: obtulit autē non pecudes aut sangui-
 nem beluini, sed sui proprij & purissimi corporis ho-
 locaustū. Ex quibus iterū apparet legem Leuiticā nō
 aliā ob causam, quā ob infirmitatem & inutilitatē
 esse abolitā, Christi uero sacerdotium unicū esse &
 & perpetuum. Cum ergo tam clare audiamus ab
 apostolo quotidianū reprobari sacrificium, taleq; sa-
 cerdotium, quod & pro suis & pro populi immolat
 peccatis, hoc est, quale opus habet lustratione aliena:
 papisticū uero prorsus tale sit: consequitur pari ratio-
 ne Christi unico sacerdotio, papisticum sicuti & lu-
 daicum aboleri sacerdotium. Sed quid oro habetis, ὀ
 pontificij, quod uel ad hęc breuissima Pauli re-
 spondeatis? Nam id (inquit Paulus) fecit SEMEL,
 eum SEMET ipsum obtulit. Auditis enim Chri-
 stum semel, semel inquam, semel tantum, oblatum esse.
 Auditis quod non per alium quā per semetipsum sit

Semel se-
 metipsum
 obrulit.

EXPOSITIO CAP. VII.

immolatus. Qua itaq; fronte uobis ipsis, propria arrogatis auctoritate, quod ne angelorum quidem est? Nā in Euangelio adhuc clarius ipse dominus ait, Ego pono animam meam, ut iterum sumam eam. Nemo tollit eam à me, sed ego ponam eam à me ipso. Potestatem habeo ponendi eam, & resumendi: hoc mandatum accepi à patre meo. Quid itaq; iteratis, o miseri, quod iterari non potest, imò non necesse est? Quid uobis uen dicatis, quod in mortalem incidere non potest?

Lex enim homines constituit sacerdotes infirmitatem habentes: sermo autem iurifurandi, qui post legem est filium constituit in æternum consummatum.

Est & hæc priuata quedam antithesis, qua & hoc clarius exponitur, quod audiuimus sacerdotes Mosai eos pro suis proprijs immolasse peccatis. In hoc autem consistit antithesis, Lex infirmos, neq; semper aptos sacrificijs ordinauit sacrificios. Sed is qui nouum iureiurando constituit sacerdotium, filium constituit, qui cū absq; peccati infirmitate sit, semper ad obsecranda sacerdotis munera aptus est: hinc etiam uerus, sempiternus, & unicus sacerdos est, per quem cessauit imbecillius legis sacerdotium. Recte autem monet Erasmus τῆς ἀλώμενου, quod legimus cōsummatum, perinde dictum esse, atq; si tu dicas, factum semper idoneum & legitimum. Neq; enim sacerdos semper & ubiq; idoneus

CHRISTVS SACERDOS. 79

neus est ad peragendum sacrum. Quod cum & in nostros competat, uides non citra insignem caussam à nobis tantopere culpari sacerdotium papisticum. De sacerdotio autem Euangelico, quoad docendi rationē, dixi in cap. 5. Annotandū & illud μετὰ τὸ πρῶτον, quod uerti Post legem, exponi posse Supra legē, quā si dixerit pluris esse æstimandam ordinationem iureiurando firmatam, quā legalem. Vel, Ante legem. Nā etiam si David, id uerbi, post legem datam scripserit, ipsum tamen Melchisedechi negotium longa temporis interuallo præcessit. Quod si legas Post legem, sanē & hæc lectio plurimum derogabit legi. Si enim perfecta fuit lex, quid obsecro opus erat alterius meminisse sacerdotis? Hactenus autem de abrogato sacerdotio Leuitico.

Summarium autem eorum quæ disputauimus hoc est, quod talē habemus Pontificem, qui confedit ad dexteram throni maiestatis in coelis, sanctorum administrator ac ueri tabernaculi, quod fixit Deus & non homo.

Nunc colligit ea quæ à 5. cap. hucusq; de sacerdotio Christi aduersus sacerdotium Aaronicum disseruit. Eam collectionem uocauit κεφάλαιον, nos Summarium uertimus, alij δευκακεφαλαίωσιν dixere. De priore scribit Budæus κεφάλαιον caput & Sum-

CAP. VIII.

Caput rei.

ma est. Et τὸ κεφάλαιον σωάγειν est summam colligere. De posteriore sic scribit Fabius in 6. Rerum repetitio, quæ Græce dicitur ἀνοκεφαλαιώσις, à quibusdam Latinorum enumeratio, memoriam auditoris reficit, & totam simul causam ponit ante oculos. In hac quæ repetemus, quàm breuissime dicenda sunt, & quod Græco uerbo patet, decurrendum per capita. Id quod hoc loco præstitit eruditissimus author noster Paulus. Nam quæ fufius hucusq; de sacerdotio (ut iam dixi) disputata sunt, ea mira breuitate hoc capite repetijt, quorum caput & summam præmittit, istam, Habere nos Pontificem uere summum, quippe qui in cœlis ad dexteram sedeat patris, maiore itaq; & nobiliore utatur templo, ipso uidelicet cœlo, quàm Leuite, qui in hoc corruptibili & manibus constructo seruiert tabernaculo. Sed de his omnibus plura in 1. & 5. cap. Illud uero haudquaquam uidetur esse negligendum, quod in hæc Pauli uerba, τὸν ἀγίον λαὸν τοῦ θεοῦ, id est, sanctorum administrator, annotauit Erasmus, Quod nos uulgo uocamus officium, Græci δὲ ἱερουργίαν appellant. Vocem putant hinc dictam, ἀίτιον olim dicebant prytanæum, hoc est, locum publicum, in quo uersabantur magistratus, & ἱερουργίαν opus: unde commutatis aliquot literis, λατουργίαν dicitur, qui in his locis magistratibus inseruiebant. Porro genitium Sanctorum potest uel ad homines referri, uel ad

Vide quid sit liturgia

ad

ad ipsa sancta, ut dicatur administrare sancta pro nobis ueluti sacerdos, &c.

Omnis enim pontifex ad offerendū donaria & uictimas constituitur, unde necesse est, ut hic etiā habeat aliquid, quod offerat.

Summā totius negotij quam de sacerdotio Christi præmisit, eandem nunc diducit. Et quia duas questiones proposuit, tractauitq; quorum prior, Christum esse sacerdotem: posterior uero, Christum esse unicum & æternum sacerdotem, per quem etiam ipsa lex abo- lita ac impleta sit, ea nunc hisce colligit ascriptis uerbis, quæ de prima questione disputauit. Porro hæc est collectio, Sacerdotes pro more ueteri in hoc constituebantur, ut donaria offerrent & uictimas. Et Christus propterea assumpsit carnem, ut offerret donaria & uictimas, id est, preces & proprii corporis holocaustum: ergo sacerdos est.

Porro si in terra esset, iā ne sacerdos quidem esset. Cum hi qui offerunt secundum legem munera, exemplari & umbræ deferuiunt cœlestium: quemadmodum oraculo responsum est Mofi, cum esset absolutus tabernaculum, Nam uide (ait) ut facias omnia secundum exemplar quod ostensum est tibi in monte.

Istis autem colligit, quod de posteriore questione

Sacerdos est Christus.

Christus sacerdos est perpetuus.

Christus sacerdos est perpetuus.

EXPOSITIO CAP. VIII.

disputauit, Christum non esse sacerdotem creatum secundum ordinem Aaron, sed secundum ordinem Melchisedech, non lege carnali, sed ordinatione perpetua & coelesti. Carnali enim ordinari Leuitas, sed coelesti eum, qui est ex tribu Iuda, qui semper uiuat, ideo etiam unicum & incommutabile habeat sacerdotium. Hec omnia fusus in capit. 7. Istis porro ueluti postliminio, annexit testimonium Moysi, desumptum ex 2. Mos. cap. 25. Quo certius etiam euinceret, priora ista & Leuitica duntaxat fuisse umbratica & hypodigmatica. ὡς ἔργον αὐτὴν formula est & exemplar, ad cuius prescriptum aliquid fit, quod Heluetij uocant ein muster / vorbild / formular vnd vörsierung. Iam ergo obserua mihi orationis ac testimonij huius uim & euidentiam. Exemplar (inquit) uerum, ad cuius similitudinem haec in terris Leuitica deformata sunt, in caelis est. Ipsa itaq; ueritas in caelis est: umbra in terris. Antiquius ergo illud quod est in caelis, nuperum uero quod est in terris. Proinde qui hic egerunt sacerdotes, non ueri fuerunt sacerdotes, sed umbratantum coelestis sacerdotij. Christus igitur tanquam uerus & aeternus sacerdos, caelos ascendit, ut uerum & unicum & perpetuum uere ageret sacerdotem. Ex quibus liquido liquet uniuersum pro peccatis offerendi sacerdotium in caelos esse translatum. Hic enim in conspectu Dei is semper apparet, qui semel oblatus, amplius

Coeleste sacerdotium.

CHRISTVS SACERDOS. 81

amplius non offertur, sed unica hostia absoluit, iustitiamque omnes qui sanctificantur in perpetuum. Quid itaq; uos o surdissimi Romani praesulis sacrificij, uestrum in terris, pro delictis offerendi ordinem propugnatis? An non uidetis uestro dogmate, imo uanissimis nanijs, totum in ecclesiam Christi, Aaronicum siue Iudaicum introduci sacerdotium? Quin Deo datis gloriae & a uestro prophano & Iudaico terrenoque deficiis sacerdotio, ei adherentes, cui qui crediderint non pudebit.

Nunc uero hoc excellentius fortitus est sacerdotium, quo praestantioris testamenti mediator est, quod & in praestantioribus promissis sancitum est.

Etiam legem Leuiticam audiuius esse abrogata, id quod hic paucis repetitur. Per mediatorem autem, ut in 5. etiam cap. ostendimus, sacerdotem intelligit. Sed testamentum opponit umbram legis, ordinationemque firmam esse putat, quod cum iureiurando confirmata sit: id quod in Leuitica non item factum sit. Inferiorem ergo Leuiticam, aeternam uero Christianam. Huc iam facit & illud quod sequitur.

Etenim si prius illud tale fuisset, ut nihil in eo potuisset reprehendi, neuiquam fuisset secundo quaesitus locus.

Quodnam prius illud testamentum? Vtiq; illud, quo leges latae sunt de sacerdotio, ciborum delectu, genere

uestium, purgatione, & si qui sunt alij ritus ad sacerdotium Leuiticum pertinentes. Si (inquit) illa quae praecessit constitutio ita à Deo lata est, ut uel cultores purgaret, absolueret, perficeretq; uel ita lata esset, ut nihil non modo mutari, sed ne desiderari quidem potuisset: iam aliud non promississet, quo perficeremur. Promisit autem aliud: ergo prius illud perficere non potuit: propter imbecillitatem itaq; & inutilitatem merito abolitum est.

Nam inculpans eos loquitur illis, Ecce dies uenient, dicit dominus, & feriam cum domo Israel & cum domo Iuda testamentum nouum, non iuxta testamentum, quod feci patribus illorum in die cum apprehenderem manum illorum, ut educerem eos ex Aegypto, quoniam non perstiterunt in testamento meo, & ego neglectui eos habui, dicit dominus.

Probatio est quod aliud testamentum promiserit, simul & uehemens authoris spiritus, quo iam disputatam, ueluti triumpho, prosequitur causam, adscribens longe pulcherrimum ex Ieremie 31. cap. locum, quo nobis Deus certam in Christo pollicitus est peccatorum remissionem, non utiq; per sacrificia & ceremonias, sed per gratiam in Christo. Sic autem Ieremie uerba

ba adduxit, ut appareat secutum per omnia editionem LXX. Sufficit autem interpreti reddidisse sensum, etsi uerba non appenderit omnia. De qua re multum agit D. Hieronymus de optim. interp. gen. ad Pama-chium. Quod uero ipsum attinet Pauli scopum, ipse ad finem testimonij, quantum suo satis est negotio, colliget & applicabit.

Iam uero quod testamentum attinet, de quo uaria est apud theologos concertatio, sic habet res. Testamentum in sacris aliquando accipitur pro ordinatione aliqua, metaphora sumpta à morientibus qui testamentum condunt, id est, ita res suas disponunt, ordinantq; ut uolunt. Aliquando pro certa ponitur promissione, & per metalepsin nonnunquam pro ipsa etiam re promissa. Sic enim solemus ipsam peccatorum remissionem, testamentum uocare. Quod uero hunc attinet locum, Testamentum hoc, foedus & illud Dei pactum est, quo Deus uoluntatem suam erga nos testatus est, prorsusq; nobiscum certis conuenit conditionibus. Caterum eas conditiones patribus nostris, Abrahae in primis, sic praescripsit, Ero Deus tuus illarum omni sufficientia, ero inquam Deus tuus & seminis tui post te in sempiternum. Tu uero ambula coram me, & esto integer. Et haec foederis siue pacti conditiones sunt. Ad expositionem porro istarum pertinent iam con-

De testamento siue foedere.

EXPOSITIO CAP. VIII.

penis. Et, In semine tuo benedicentur omnes con-
gnationes terræ. Item, Dabo tibi terram melle & lac-
te fluentem. Rursus, Vindicabo te de hostibus tuis.
Et mille alia. Istis enim exponit quomodo illorum De-
us futurus sit. Et iterum, Non habebis Deos alienos.
Ne pollueris te immunditia Gentium. Innocentiam, ius-
ticiam, & æquitatem colito. Qui enim hæc faciunt
integre coram Deo ambulant, Deum & proximum
diligunt. Hæc autem de Testamento & fœderis sub-
stantia dicta sint.

Unicū dū
taxat testa-
mentum.

Illud uero testamentum incommutabile est, unicū
& sempiternum. Vna enim sanctorum, & ueterum,
& nostrorum, unica inquam Ecclesia est: unus Deus,
una tantum omnium seculorū religio uera. Vnde igitur
nobis Veteris & Noui testamenti nomina? Nonne
duo dicit, qui uetus & nouum dicit? quod si duo sunt,
quomodo unum esse potest? Ipsa nimirum substantia
unum est: sed modo tradendi duo sunt. Expende enim
quid ipsa re Veteribus sit traditum, & idem inuenies
quod nobis. Nempe, unum esse Deum, hunc solum esse
colendum, colendum autē spiritu, innocentia, & fide.
Item, unicam esse orbis iusticiam & redemptionem,
unicum sacerdotem & sacrificium uerum, Iesum Chri-
stum Dei & hominis filium. Sperandam quoque à Deo
animarum perpetuitatē & corporum resurrectionē.
Et hæc quidem est illa præclara Adæ, Noë, Abrahæ,
M

CHRISTVS SACERDOS. 83

Mosis, Samuelis, Dauidis, Prophetarum omnium, Ste-
phani quoque, Ioan. Baptistæ, Petri, Iacobi, Pauli, Atha-
nasilij & Augustini religio ac fides, eritque usque ad con-
sumationem seculi omnium electorum Dei fides.
Quod ergo fidei ac testamenti substantiam attinet,
idem prorsus utrisque traditum: unde cōsequens est uni-
cum tantum esse testamentum.

Iam uero expendere modum, quo illud nobis idemque
istis, traditū sit. Hic Paulus, Veteribus (inquit) omnia
contingebant in figura. At nobis non item. Nam Chri-
stum, qui legis est perfectio, dedit nobis Deus: ut nunc
ueluti præsens, præteritūque, adeo & completum ue-
neremur, quod illi futurum, complendum, & in typo
uelatum habebant, imò uerius expectabant. Proinde
modus tradendi diuersus est, sed res utrisque eadem. Illi
figuras habebant, nos ipsam rem. Illi externis gaude-
bant, nos spiritualibus. Nam Christus omnia direxit in
spiritum. Eò iam pertinet sacerdotium & sacrificiū
Aronicum, sacerdotij & sacrificij Christi figura.
Huc pertinent uaria baptismata, ueræ expurgationis
per Christum exhibitæ, typi. Atque ex hac diuersa tra-
ditione existunt iam Veteris & Noui testamenti uo-
ces, quæ quid significant, ex ijs quæ diximus, liquet.
Siquidem ea traditio qua per typos & figuras uete-
ribus tradita est religio, dicitur Testamentum uetus.
Sed ea, qua sine figuris atque ipsa re nobis traditur Chri-

Vetus &
nouū test.

EXPOSITIO CAP. VIII.

flus, qui omnia legis & prophetarum implevit, iam omnia solus, Nouum dicitur testamentum. Non ideo nouum, quasi ueteres Christum, gratiam, & peccatorum remissionem non habuerint: sed nouum collatione ueteris, & quod ipsum corpus accessu suo aboleuerit umbram.

Biblia &
Sacramen-
ta testam.

Ex ijs etiam rectius intelliges quomodo Biblia nominemus Vetus & Nouum testamentum. Neque enim ipsi bibliarum scripti libri magis sunt ipsum testamentum, quam tabule siue literae testamentales testamentum ipsum sunt, & tamen testamentum dicuntur. Verum id nominis ex eo sortiuntur, quod describunt. Quia ergo prioribus bibliarum libris describuntur ritus, traditiones ac modi uarij, quibus Deus ueteres in testamento suo & uera religione deduxit, Vetus testamentum dici coeperunt. Sic etiam illi libri, qui post exhibitum Christum, de eo scripti sunt, quomodo in Christo omnia completa & immouata, nouus item populus ex Iudaeis & Gentibus collectus sit, & in testamento & uoluntate Dei ductus sit, Nouum testamentum appellati sunt. Sed & ipsa sacramenta pari prorsus schemate testamentum dicuntur. Nam circuncisio uocatur testamentum Gen. 17. Et Poculum domini apud Mattheum etiam in 26. cap. dicitur testamentum. Quae omnia fusius fortassis, quam pro re, annotauimus: nunc cetera perstringemus.

Quod

CHRISTVS SACERDOS. x 84

Quod Deus in hoc presenti prophetae testimonio dicit se Israelitarum apprehendisse manum, diligentiae est, & insignis curae nota. Notat enim insignia illa beneficia, quae illis exhibuerit, dum ipsos ex Aegypto eduxerit. Adijcit, Tum quidem se illustrauit legem, iniisse foedus, quod tamen illi uiolarint. Praecepit enim unum Deum colerent, alienos Deos non adorarent. Addiderat sacra & sacrificia, ut procliuem alias ad peregrinos cultus gemem, in officio & lege sua conineret. Sed frustra. Illi enim contempta Dei lege (id quod & Stephanus eis impingit) pactis non steterunt, sed quod Deo debebatur idolis impendebant, quocirca Deus istos ueluti perduelles & perfidos neglexit. Nam ipsos ultra Damascum (ut Amos inquit) transtulit.

Nam hoc est testamentum quod disponam domui Israel post dies illos, dicit dominus, dans leges meas in mentem illorum & in corde illorum inscripsi illas, et ero illis Deus, & ipsi erunt mihi populus. Et non docebit quisque proximum suum & unusquisque fratrem suum, dicentes, Cognosce dominum, quod omnes cognituri sint me ab eo qui pusillus fuerit inter eos, usque ad eum qui magnus est inter eos, quoniam placatus ero super iniustitias eorum & peccatis illo-

M 4

rum, & iniquitatum eorum non recordabor amplius.

Nouum te-
stamentū.

Ista adijciuntur expositiue. Exponit enim sese quid per Nouum testamentum intellexerit. Vtiq; gratuita peccatorum remissionem, quæ toti generi humano (id enim uoluit per maiores & minores propheta) contingat, non opera legis sacrificiorum aut ceremoniarum, sed merito Christi. Nam ubicunq; est plenaria peccatorum remissio (ut audiemus in 10.) ibi nulla superest oblatio pro peccato. Contigit autem nobis per Christum absoluta peccatorum remissio, ergo nullum restat sacrificium pro peccato. Proinde Nouū testamentum aliud non est, quàm quod in filio suo Deus humano generi omnem dedit perfectionem. De qua re satis superius disputatum. Porro hoc Dei beneficium à Deo nobis per Christum exhibitum, multis quidem uerbis magnifice describit, quibus tamen docendi, prædicandiq; officium non tollitur. Docte enim & pie, sanctissime memoriæ H. ZVINGLIVS, incomparabilis eruditionis, constantiæ, & pietatis uir, præceptor nosster fidelissimus, & omnium mortalium charissimus, in hunc prophetae locum, Hic non tollitur (inquit) doctrinæ beneficium, quomodo Catabaptistæ ganniuunt, sed hyperocha est, cognitionem Dei uulgarem fore. Deum enim docturum & illustraturum mentes, ut sciant Dei filium in hoc descendisse, ut nobis sociaretur.

& nobis comitatus æternam hereditatem adiret. Hæc ille Heluetiæ nostræ apostolus.

Per hoc quod dicit nouum, antiquauit prius. Porro quod antiquatur & senescit in propinquo est, ut euanescat.

Redit ad statum, & edisserit in quem finem hunc prophetae locum adduxerit, nempe ut Ieremiæ etiam testimonio euinceret, legem, quoad sacerdotium, ritus, & ceremonias, prorsus esse abolitam.

Subiungerē nunc epilogum eorum quæ de sacerdotio Christi disputauimus, nisi ipse Paulus hoc me labore leuasset. Ipse enim epilogum contexuit. Itaq; ad sacrificium Christi tractandum transimus.

SACRIFICIUM.

Simili penè dicendi ordine disputat de sacrificio, quo disputat de sacerdotio Christi. Primo enim docet Christum esse illam unicam & ueram pro peccatis totius mundi hostiā, multo maiorem & præstantiorem uictimis Aaronicis. Deinde uero probat Aaronicas inefficaces fuisse & umbram tantum, & proinde uictima Christi abolitas, qui sit unica & æterna omnium credentium hostia. Hæc summa est omnium eorum quæ sequuntur usq; in mediam partem cap. 10. Istis autem uis & scopus euangelij tam planè, tam etiam proprie attingitur & tractatur, ut nihil planius & magis Euangelicum dici possit. Neq; aliud est quod Christia

Scopus se-
quentium.

EXPOSITIO CAP. VIII.

no homini perinde sit cognitu necessarium, uel quod propheta & apostoli diligentius, crebrius, maioriq; grauitate tradiderunt, quam Dei filium hostiam factū esse pro peccatis nostris. Quid enim Moses tam copiose descripsit atq; immolandi & uictimarū rationem? Quid uero istis aliud, q̄ hostiā Christi prefigurauit? **Sacrificiū** Isaias quidē clamauit, Nos oēs uelut oues errauimus, dominus autē imposuit ei oēs iniquitates nostras ad propitiandū. Ioan. Bap. uero dixit, Hic est agnus Dei, qui tollit peccatū mundi. Imō & ipse Christus, Et sicut Moses (inquit) serpentem exaltauit in deserto, ita oportet exaltari filium hominis, ut omnis qui credit in eum nō pereat, sed habeat uitam eternam. Paulus quoq; dixit, Christus dilexit nos, & tradidit semetipsum pro nobis oblationē ac uictimam Deo in odorē bonae fragrantiae. Iam uero si operibus nostris, si sacrificijs cultui & ritibus debetur iusticia, sanē Christus frustra oblatus est. Frustraneū autē esse non potest, quod à Dei filio factū est: iccirco unicū filij Dei sacrificiū, omnium credentiū, omniumq; saeculorū salus est. Et haec quidē est illa sacrosancta Euangeli summa ac uis, quae hic dignissime & copiosissime tractatur à Paulo, certē ut Hebraeos ab umbraticis abstraheret sacrificijs & uicē Christi iungeret hostiae. De eo autē Pauli consilio dixi in argumento epistolae. Priusquam uero ipsum aggrediatur negotiū preit ceu τὸ πάρευνον quādam,

CHRISTVS SACRIFICIUM. 86

et locum in quo ueteres suas immolabant hostias, obiter, & aliud interim agens, describit, ferē ad morē historicorū, qui insignem aliquam pugnam descripturi, prius locum in quo facta est pugna, ueluti pictura ob oculos ponunt. Sed audiamus ipsa Pauli uerba.

Habuit quidem & prius illud iustificationes, cultus, ac sanctimoniā mundanā. **CAP. IX**

Quae sanē transitionis formula est. Maximum enim orationis ornamentum est, si uelut ansulis cohaereat, & non sit, quod de Senecae scriptis dicebat Caligula, harena sine calce. Cōnectit itaq; orationem Paulus, ac si dicat, Et haec tenus quidem de Testamento nouo, nunc redibimus ad uetus, indicaturi, quid ceremoniarum habuerit. Quas equidem non ipsa re dixit esse iustificationes, sed cum conditione dixit τὸ τε ἄγιον καὶ τὸ κοινόν, Quasi diceret, quod equidem eo modo dico, quo externa sunt mūditiā. Ritus enim Iudaici ipsa re iustificabant neminem, sed mundana erant omnia. Mundanum autem uocamus quod externum & elementale est, ut in 7. huius Epistolae cap. indicatum est. Ioan. Chrysostomus aliud sentit & ait, Sanctum seculare dicit, quoniam omnibus licebat intrare, & manifestus erat ille locus in illo tabernaculo, ubi sacerdotes stabant, ubi Iudei, ubi Profelyti, & Gentiles, & Nazarei. Quoniam ergo & gentibus accessibile erat seculare illud appellat, &c.

Siquidem tabernaculum paratum erat & primum iderat, in quo erant lucernæ, mensa, & propositio panum, id autem uocant Sancta. Post secundum autem uelum erat tabernaculum, quod uocatur Sanctum sanctorum, aureum habens thuribulum, & arcam testamenti, vndiq; circumtectam auro, in qua urna aurea habens manna, & virga Aaron quæ germinauerat & tabulæ testamenti: supra hanc autem Cherubim gloriæ, obumbrantia propitiatorium, de quibus non est nunc dicendū sigillatim.

Hæc illa τῶν ἁγίων ἐστὶν ἐστὶν, loci descriptio, in quo ueteres immolabant, simul & expositio quæ nā ille prioris testamenti cultus fuerit. Quæ omnia propterea præmittit, quod in cursu orationis sæpe dicitur de tabernaculo, de sacerdotibus ingredientibus Sancta, & de summo pontifice introeunte Sancta sanctorum: ne igitur tunc remoraretur lector, paucis sacrorum locū adumbrare uoluit. Porro non dixit duo ueteribus (quod tamen parum attentis uideri poterat) fuisse tabernacula. Vnicum enim fuit, sed per uelum in duas partes diuisum, tali propemodum modo, quo apud nos templa diuiduntur in Chorum & Ecclesiam siue populi stationem. Hic itaq; finge Chorum esse Sancta sanctorum: sed Ecclesiam esse Sancta. Proinde neces-

Tabernaculum.

sum est istis Pauli uerbis, Post secundum autem uelum erat tabernaculum, inesse σύγχυσις, id est, confusio nem, qua debitus uerborum ordo turbatur, qui tamen sic posuit restitui, Post uelum autem erat secundū tabernaculum, id est, secunda pars tabernaculi. Nam si secundum referas ad uelum, non ad tabernaculum, iam consequetur duo fuisse uela & tria tabernacula, id quod falsum est: etsi non ignorem paria penè apud Iosephum reperiri. Nisi fortassis ad illud uelum respexerit apostolus, quod in introitu pendeat tabernaculi, Sancta diuidens ab atrio tabernaculi. De quo legis in fine cap. 26. in Exodo, Facies & auleum in introitu tabernaculi &c. Et ipsa quidem loca per se neq; sancta sunt neq; prophana. Vsus autem eorum uel sacra facit uel prophana. Sanctum fuit typicum sacerdotium & sacrificium, hinc Sanctum dicebatur locus in quo res agebatur sancta. Sed multo sanctior est intercessio & uictima Christi, hinc Sancta sanctorum is locus dici cæpit, in quo peragebatur figura sacrosancti sacrificij Christi. Nam Christus est ille, ut Daniel ait, Sanctus sanctorum, id est, omnium sacratissimus. Nam notissima nunc sunt ille crebræ anadiplofes Hebraicæ. Vnum uero fuit tabernaculum, quia una tantum est Ecclesia ueterum & nostra, interim tamen in duas partes, hoc est, in duplicem populum & ritum diuisa. Vteris Ecclesiæ formam refert ea pars quæ dicitur San-

EXPOSITIO CAP. IX.

ta, in qua offerebatur quotidie. Noua aut faciem vultus fert interior pars, quae sine ara, & in qua arca tantum erat, & Sancta sanctorum dicebatur. Iam uero quod quaelibet partium sua habuit ornamenta, non citra imaginem factum est mysterium. Nos pro uiriculis nostris singula in transcurso uerbo ἀπολογίαν exponemus.

Candelabrum,

De Candelabro uide Exodi 25. & obserua quod propheta dixit, Lucerna pedibus meis uerbum tuum & lumen semitis meis. Constat autem candelabrum ex auro mundissimo, quia pura & mera debet esse ueritatis doctrina: Lucere etiam, ut omnes errorum disscutiat tenebras. Calamos uero, siue lucernas, habuit septem. Porro septenarius numerus, ut apud Macrobiū in Som. Scip. extat, perfectiōis est numerus. Perfectissima itaq; & absolutissima est ueritatis doctrina, ut nullis prorsus egeat legibus & scriptis subsidiarijs.

Mensa.

De Mensa lege Exodi 25. Porro ea uideri poterat esse typus ministrorum uerbi, qui integri esse debent, sana fide imbuti, & portatiles, hoc est, comes, qui se ad captum auditorum attemperent, non adulando, sed sancta uasfricitate, ut plurimos Christo lucrifaciant. Alij per mensam intellexerunt scripturam.

Panes propositionis

Mensa imponebantur panes propositionis, Leuitici 24. quos alij uocant panes facierum: nimirum quod subinde in conspectu facieq; hominum prostarent.

Coel

CHRISTVS SACERIFICIUM. 88

Coelium tamen lect. ant. lib. 5. cap. 35. aliud super hac re commentum, ex egregio illo Hebraeorum nugatore R. Solomone producit, quod iudicio diligentis relinquo Lectoris. Certè panes illi Verbum Dei praefigurarunt homini, qui non modo pane uiuit, sed de omni uerbo quod egreditur ex ore Dei. Hi panes in fermentati sunt: unde postea Christus monuit discipulos, cauerent sibi à fermento pharisaico, quod erat hypocrisis & humana traditio. Itaq; uerbum Dei purum est & sanctum & affectibus nostris nequiquam uitandam. Illis imponebatur thus lucidissimum, in odorem Deo bonae fragrantiae. Verbum autem Dei, si sit cum fide in pio pectore coniunctum, sinceram efficit conscientiam: porro ex sincera conscientia effunduntur ad Deum preces pura & Deo gratissima. Ceterum quod mense imponebantur mundissima, & à solis edebantur sacerdotibus, figurabatur, quinam participes futuri essent caelestis sapientiae, pure uidelicet & sanctae mentes. Noluit enim dominus, ut sanctum proijceremus canibus. Errauit ergo Aquinas qui per uersa huius loci allegoria lapsus, non uere cecinit, Soli presbyteris, quibus hoc conuenit, ut ipsi sumant & dent ceteris. Siquidem analogiam cum fidei turei ad typum, non obseruauit. Aliud enim censuit apostolus in 1. Corinth. 11.

Quod Thuribulum attinet, monuit Erasmus Thumice

*Umbra
Dei puri
reddidit
cosmiam*

*Error
Aquinas*

Thuribulum.

τρίβιον & thuribulum dici & aram in qua suffitus fuerat, quare nonnulli permoti transtulerunt Altare aureum, sed minus proprie. Nam Exodi 30. legimus, Facies quoque altare ad adolendum thymiama de lignis setim, uestiesque; illud auro purissimo, & pones illud ante uelum, quod ante arcam pendet. At Paulus nunc eorum meminit, quae erant intra uelum, itaque per θυμίατον τριβιον non aram intellexit, sed thuribulum, quo orationes & desideria sanctorum significantur, dicente propheta, Sit oratio mea incensum coram te, eleuatio manuum mearum sacrificium ueespertinum. Plura Leuit. 16.

Arca testamenti.

De Arca lege Exod. 25. Haec dicitur Arca testamenti propter testamenti tabulas impositas, quam & ipse tabulae sic dicantur testamentum, ut supra de Biblijs in 8. ca. annotauimus. Et primae quidem tabulae fractae sunt, secundae uero seruatae. Nam lex spiritualis, quae posterior est, immutabilis & sempiterna est. Haec in arcam, hoc est, in fidelium corda imò in uniuersam Dei Ecclesiam posita est. Nam arca sacramentum fuit praesentiae diuinae, typus Ecclesiae Dei, quae etsi lignea sit nihilominus deaurata est. Ecclesia enim nunquam à peccatis, quoad uiuit, libera, ab iisdem tamen purgata est.

Manna. In hac arca post tabulas impositum erat Manna, quod Deus Exodi 16. εἶς μαννὰ ὀστρον iusserat asseruari. Paulus ergo hoc in loco ait id in urna aurea fuisse repositum, quod caelestis & ueritatis Dei cibus in corde

pio & bono custodiat. In eadem illa arca erat & Virga Aaron, de qua Numeri 17. Qua significabatur docendi officium, sceptrum ueritatis insuperabile, uocatio & electio, quam sequitur mentis uiriditas tam in docente quam in auditore, folia & fructus iusticiae amoenissimi, suauissimi.

Quid autem dicemus ad id quod 2. Paralip. 5. scriptum est, Nihil aliud in arca erat, nisi duae testamenti tabulae? Alij ergo respondent Regum temporibus nihil in arca fuisse nisi tabulas tantum, reliqua uero succedentibus imposita esse temporibus. Alij dicunt exclusiua ὡς, quae legatur in editione LXX. apud Hebraeos non haberi. Poterat tamen uideri synecdocha, quae potissima recensemus, alia subintelligimus. Arca enim testamenti à tabulis testamenti nomen habet, itaque recensitae sunt potissimum.

Supra arcam erant Cherubim gloriae, Cherubim autem, si Iosepho credimus, erant animalia uolantia habentia figuram, quae à nullo hominum est inspecta, quae Moses dixit se in sede Dei conspexisse figurata. Certè si etymon spectes, Cherubim significat scientiae multitudinem. Si uero consyderes scripturae rationem, iam plerumque eorum fit mentio in sacris, cum Deus praesens esse uidetur. Ex quibus colligimus Cherubim ueluti ministros Dei & diuinae praesentiae nuntios ac indices esse. Vnde etiam à Paulo non Cherubim

Virga Aaron.

..

Cherubim

Propitiatorium.

tantū, sed Cherubim glorię, dicti sunt: quasi tu dicās gloriosi Dei ὑπερασπισται, armigeri, satellites et prænuntij. Hi obumbrāt propitiatoriū. i. diuina maiestas assumptā Christi conseruat humanitatē. Nam humanitas Christi, quę per propitiatoriū, authore ad Rom. Paulo, figurata est, pura ex illibata uirgine, gratię piignus, & redemptionis pretiū ē, illudq; כפר hoc est, oraculum, siue λαλιπριον, id est, locutorium fuit, per quod locutus est orbi Deus. Porro hoc propitiatoriū, ut erat Cherubim subiectum, contegebat arcam, Nam Christus eatenus est caput & protector Ecclesię suę, quatenus Deus & homo est. Sed hęc de istis omnibus annotasse sufficiat, cū ipse apostolus longiorē rem de his disputationem à se commode auerterit. Ad aliud enim accelerat, nunc enim sequitur.

His autem ad hunc ordinatis modum, in prius quidem tabernaculum semper ingrediuntur sacerdotes, qui sacrorum ritus peragant, in secundum autem semel quotannis solus pontifex, non sine sanguine, quem offert pro seipso & pro populi ignorantijs.

Iam uero ipsam aggreditur rem & figurę adhibens ueritatem, demonstrat solum Christi sacrificium uerum esse & efficax ad expiandum mundi peccata, Veterū uero non item, Præsentibus autē uerbis typum

tan

tantūmodo proposuit, alteram duntaxat Demonstrationis partem: quę interim duobus constat membris, Primum, In anteriori tabernaculo, quod Sancta dicebatur, quotidie sacrificabant sacerdotes. Numeri 28. Secundum, In posterius autē, hoc est, in Sancta sanctorum, non nisi semel in anno, solus ingrediebatur summus sacerdos, offerens pecunum sanguinem pro se et pro populi ignorantijs, Leuit. 16. His iam ordine suam cuiq; subiungit expositionem, uel sua contraria membra, Sic,

Isto autem significauit spiritus sanctus nondum patefactam esse Sanctorum uia, adhuc priore tabernaculo consistente, quę erat similitudo temporis tunc præsentis, in quo dona, sacrificiaq; offerebantur, quę non poterant iuxta conscientiam perfectū reddere cultorem, in cibis duntaxat, & portionibus, & diuersis ablutionibus, ac iustificationibus carnis, vsq; ad tempus correctionis imposta.

Hęc iam primo membro opponuntur & respondent, quibus docet quid primo & anteriori tabernaculo præfiguratum sit, nempe Leuiticum sacrificium, quod prorsus uanum sit & inutile. Id quod tot penē argumentis firmat, quot uerbis hanc rem elocutus est. Nā si aditus ad Sancta sanctorum, hoc est, ad ipsum cœ-

Inutilia uerterū sacrificia.

lum, etiam tum non apperiebatur, cum illi strenue ad
modū immolarent: certè cōsequēs est Leuiticis uictimis
aditum ad coelos non parari, & proinde inutiles esse.
Id quod minime obscuris uerbis mox subiungit, Ea non
potuerunt iuxta conscientiam perfectum reddere cul-
torem. Quæ locutio hoc ualet, Leuitica sacrificia con-
scientiam eorum pacare non potuerunt, pro quibus of-
ferebantur. Causa. Nam ut omnia alia Leuitica ex-
ternis tantum nituntur & constant, ita uictima in pri-
mis carnales sunt. Sed peccatum non corporis labes
est, sed animi, proinde Leuitica, hoc est, carnalia sa-
crificia conscientiam à peccatis non purgant, itaq; in-
utilia sunt, quinimo externa dumtaxat iusticia sunt.
Nam Paulus ad Rom. 4. Carnis uocabulum etiam usur-
pat pro re externa, & ait, Quid ergo dicemus Abra-
ham patrem nostrum meruisse (εὐπικέvac enim non
modo inuenisse est, sed & impetrasse & meruisse) se-
cundum carnem, id est, meritis & opere siue iusticia
externa? At de uarietate ciborum, potus, & ablutio-
num siue baptismatum, lege Leuiticum in 11. item Nu-
meri 19. Rursus cum dicit ista omnia ad tempus corre-
ctionis imposita, quis tam stupidus, ut non animaduer-
tat infirma & inutiliora fuisse, quæ erant corrigen-
da, perfectiora aut quæ correctionis gratia erant sub-
stituenda? Porro Christus legis correctio & perfectio
est. Christus itaq; uerum & æternum fidelium holo-

caustum est, qui & fideli animæ satis est, cum unus &
solus omnia ea habeat perfectissime, quæ anima de se de-
rare potest. De qua re dicitur in secundo membro.

Hæc propius & iusta expendant trutina, qui Sa-
cramentis tribuunt iustificationem. Nam si in Sacramen-
tis res & signum consideranda sunt, quæro cuius re-
spectu Sacramenta conferant gratiam? Signi ne an-
rei? Si enim respectu rei cōferunt gratiã, iam solius fi-
dei beneficio iustificamur. Planius itaq; de Sacramen-
tis differendum erat, ne quis falsa opinione imbutus, ui-
sibilibus tribuat rebus, quod aliis erat inuisibilem.
Nam si pergamus Sacramentis respectu signi tribuere
gratiam, iam sequetur mentium esse Paulū, qui hoc
loco longe aliud de Veterum tradidit Sacramentis.

Quos autem æquat fides, eos neq; inferiores neq; supe-
riores faciunt Sacramenta. Sequitur & illud, Iudam
iustificatum esse protinus atq; Sacramentum accepit.
Id cum omni modo falsissimum sit, sequitur multo re-
ctius sensisse Augustinum, qui in lib. quæst. 3. quæst.
84. de hac re sic differuit. De Latrone non legimus
quod alicubi uisibiliter sit sanctificatus, nihilominus di-
xit ei dominus, Hodie mecum eris in paradiso. Neq;
tamen sine sanctificatione inuisibili tanta felicitate do-
natus est. Proinde colligitur inuisibilem sanctificatio-
nem quibusdã adfuisse atq; profuisse sine uisibilibus sa-
cramentis, quæ pro temporū diuersitate mutata sunt.

An sacra-
menta con-
ferant gra-
tiam.

ut alia tunc fuerint, alia uero modo sint. Visibilem uero sanctificationem quæ fieret per uisibilia sacramenta sine ista inuisibili posse adesse, non posse prodesse. Nec tamen ideo Sacramentum uisibile contemnendum est. Nam contemptor eius inuisibiliter sanctificari nullo modo potest. Hinc est quod Cornelius & qui cum eo erant, cum iam inuisibiliter infuso sancto spiritu, sanctificati apparerent, baptisati sunt tamen, nec superflua iudicata est uisibilis sanctificatio, quam inuisibilis iam præcesserat. Hæc Augustinus, cuius sententiam illis optarem esse cognitissimam, qui hactenus magna gloria, inuitis etiã omnibus ueritatis hostibus, euicere, nulla merita, opera, siue res externas, sed solam fidem, iustificare: nunc uero contentione abducti, maximis etiam conuictis à nobis postulare audent, Sacramentis tribuamus gratiam & iustificandi beneficium, quod quam alienum à ueritate sit, nemo est qui nunc non uideat. Illud etiam uidetur annotandum nonnullos ita distinguere inter Donum & Sacrificiũ, ut Donum sit frugum, Sacrificium uero sanguinis & uictimarũ. Verum confunduntur utraq; & alterum pro altero ponitur in sacris.

At Christus accedens pontifex futurorum bonorum per maius & perfectius tabernaculum, non manu factum, hoc est, non huius structuræ, neq; per sanguinem

hircorum & uitulorum, sed per proprium sanguinem ingressus est semel in Sancta, æterna redemptione reperta.

Hæc posteriori membro respondent. Istis autem exponit, quid per Sancta sanctorum præfiguratum sit, Noui uidelicet Testamenti populus & sacrosanctum Christi sacrificium, quod unicum & solum satis sit ad expianda omnia mundi peccata. Quæ omnia planiora fiunt per subiectam antithesim, qua Christum sic confert summo pontifici, ut longe præcellere uideamus. Nam summus (inquit) pontifex, ad sacra peragenda ingrediebatur manibus humanis constructum tabernaculum. Oportebat igitur & Christum, quandoquidẽ pontifex erat, ingredi tabernaculũ. Ideoq; ingressus est tabernaculũ Christus, sed quod præstantius erat. Ille enim in terrenũ duntaxat ingrediebatur immolaturus. Hic uero ipsum cælum ascendit. Quod futurorũ honorũ esset pontifex, hoc est, quod reuera esset pontifex, per quæ illam assequimur bñdictionẽ, quæ expectarunt oēs sancti patres, nõ temporale aliquot bonum, sed eternũ & immarcescibile, quod in futura gloria nobis continget omnibus. Rursus, Cum summus pontifex interius ingrediebatur tabernaculum, non sine sanguine ingrediebatur. Oportuit ergo Christum etiam cum sanguine ingredi in suum illud tabernaculum. Hinc sanguinem fudit Christus.

Vnicum
Christi sa-
crificium
perpetuũ.

Sed longe meliorem. Nam ille inferebat sanguinem beluinum. Hic uero proprium, humanum, & sanctum sanguinem. Et pontifex quidem solus & semel in Sanctis sanctorum ingrediebatur, offerens pro suis & populi peccatis. Neesse itaq; erat, ut solus etiam Christus pro peccatis immolaret. Et immolauit quidem, sed multo perfectius. Ille enim unicam offerendi uicem quotannis semel repetebat, & pro suis & populi peccatis offerebat. Hic uero semel duntaxat citra omnem repetitionem, semel inquam, non pro suis peccatis, quae nulla erant, sed pro mundi peccatis, sanguinem suum Deo fudit. Quod autem semel tantum sanguinem fudit, in causa fuit, quod unica oblatione coram Deo inuenit SEMPER DVRATVRAM expiationem, pro omnibus ijs qui crediderunt, credunt, & credituri sunt. Ideoq; per unicam corporis Christi hostiam cessarunt non modo Iudaica, sed omnia alia in orbem pro peccatis sacrificia. Nam unicum Christi sacrificium toti mundo satis est. Vnice ergo toti orbi proponitur uera fide uenerandum. Anathema ergo sit, qui aliud statuerit sacrificium, uel unicum multiplicauerit. Vel dixerit, Christum non omnia mundi peccata deleuisse. Anathema sit, qui aliam expiationem pro peccatis praeter eam quaesierit, quae unico Christi sanguine semel fuso, parata est.

Vide.

Nam si sanguis taurorum & hircorum &

& cinis iuuencae aspersus inquinatos sanctificat ad carnis purificationem, quanto magis sanguis Christi, qui per spiritum aeternum seipsum obtulit immaculatum Deo, purgabit conscientiam uestram ab operibus mortuis, ad seruiendum Deo uiuenti.

Confirmat superiora, argumento ducto a comparatione. Si incredibilis (inquit) res, apud uos fuit credibilis, nempe quod beluino sanguine purgata sint peccata uestra: quanquam ego abluionem istam aliud nihil uisum se credam (uide ut omnia praeniat apostolus) quam externum purgandi ritum & ueritatis typum: quanto uerisimilius est illud, quod admodum credibile est, innocenti Christi morte & sacro eius cruore, deleri peccata credentium: cum is uerus fuerit Deus, & immaculatum sese Deo obtulerit? D. Chrysostomus, Si carnem (ait) potest mundare sanguis beluinus, multo amplius anime sordem diluet sanguis Christi. Ne enim audiens Sanctificat, magnum aliquid putes, mox ostendit utriusq; mundationis differentiam. Haec ille. At de sanguine taurorum & hircorum lege Leuit. 9. & 16. cap. De cinere autem uaccae lege Numeri 19. Et quod dicit Christum per spiritum aeternum immolatum esse, non ita intelligendum est, quasi spiritualiter tantum, non etiam uere passus sit. Petrus enim, Christus (inquit) in carne passus, mortuus est secundum

Obtulit se per spiritum aeternum.

EXPOSITIO CAP. IX.

carne[m], uiuificatus autem spiritu. Itaq; per spiritum
 eternū ueram in Christo diuinitatem, Notatione qua-
 dam periphrastica, uoluit notare, & negotium hoc
 Synchysi efferre, quæ tñ sic poterit explanari, Chris-
 tus obtulit sese immaculatū Deo, idq; per spiritū eter-
 nū. Hoc est, quod immaculatū sese Deo obtulit, id qui-
 dem per spiritū eternū, hoc est, per Deitatem stetit, qua
 factū est, ut nullis sordibus comquinari potuerit Chris-
 ti humanitas. Hinc ad uirginem diserte dicebat ange-
 lus, quod ex te nascetur sanctū, filius Dei uocabitur. Io-
 an. Chrysost. aliud uidetur sensisse. Dicit enim Chris-
 tū sese non per ignem, aut aliena quedā, sed per spiri-
 tū eternum immolasse. Et sanguis per se quidem, ut res
 externa & humana est, non lauisset animi maculas, ni-
 si is qui lauit, sanguinemq; fudit, etiam Dei fuisset fili-
 us. Hinc Ioannes, Et sanguis (inquit) Iesu Christi filij
 Dei emundat nos ab omni peccato. Sic hoc loco Pau-
 lus dicit, Sanguis Christi qui per spiritum eternum se
 immaculatum Deo obtulit, purgabit conscientiam no-
 stram. Quod in primis uenustum est. Nam hæc oppo-
 nit precedentibus, in quibus audiuimus, in Veteri tes-
 tamento indefinenter esse sacrificatum. Sacrificia ue-
 ro ista quotidiana, non potuisse cultorū perficere con-
 scientiam. Hic uero audimus, Sanguis Christi qui se-
 mel fusus est, abluit peccata & purgat cōscientiam si-
 deliū à mortuarijs operibus, hoc ē, ab ijs peccatis, quæ
 extra

Christus
 expurgat
 peccata.

et illud
 Spiriti 199
 .m.1312

CHRISTVS SACERIFICIUM. 94

extra fidem occidūt ac damnant animā, ut audiuimus
 cap. 6. Sed quomodo abluit peccata (inquis) itāne ut
 posthac libere peccemus, ut pote qui didicimus sangui-
 ne Christi oīa peccata mundi esse deleta? Respondet
 apostolus, Minime, Sic enim purgauit, ut quod super-
 est, breuissimū uite spaciū, innocentie impendamus.
 De qua re copiosius disseruit ad Rom. 6. 11. & Petrus
 1. Pet. 4. Ergo oīs sanctificatio hominis, uniuersaq; cri-
 minū expurgandi lustrandiq; ratio, non in Indulgen-
 tijs, Absolutionibus, satisfactiōibus nostris, siue in Igne
 purgatorio consistit, sed in unico Christi sanguine.
 Sanguis Christi, est mors & redemptio Christi. At
 ignis purgatorius, Indulgentie, & Romani præsulis
 diplomata, non sunt sanguis Christi: ergo non purifi-
 cant, sed artes tantum sunt, quibus opes imprudentū
 imō & superstitiose prudentū, emūgunt suasq; faciūt.

Et ideo Noui testamenti mediator est, ut
 morte intercedente ad redemptionem ea-
 rum præuaricationum, quæ erant sub prio-
 ri testamento, hi qui uocati sunt, promissio-
 nem accipiant æternæ hæreditatis.

Legimus in Euangelio Ioan. cap. 12. Christum ali-
 quando dixisse se breui pro totius mundi salute immo-
 landum fore. Cui talia opposuerunt Iudei, Nos didici-
 mus ex lege, quod Christus manet in æternum, quomo-
 do ergo tu dicis, Oportet exaltari filium hominis? Ad

Oportet
 Christum
 pati.

quem modum & hoc loco Paulus, posteaquam ostendisset Christum Iesum Dei filium uerum Messiam immolatum esse pro peccatis nostris, ne Hebræi id quod apud Euangelistam obiecere, hi quoque Paulo opponerent, præuenit: & digressiuncula quadam, ex ratione testamenti probat Mediatorem Noui testamenti mori oportuisse. Et ob id (inquit) quod sanguinem fudit & oblatus est, Noui testamenti mediator est. Oportuit enim mortem mediatoris intercedere, ut ea peccata, quæ erant sub priori testamento, hoc est, quæ adhuc supererant Leuiticisque sacrificijs expiari non potuerant, nunc quidem morte Christi lustraretur, itaque non modo illi, qui fuerant sub Veteri testamento, sed & omnes qui uocati sunt, id est, qui electi sunt & credunt, per Christum æternæ efficerentur consortes uitæ. Sed omnia firmiora & clariora sient consequentibus.

Siquidem ubi testamentum est, mors testatoris intercedat necesse est: Nam testamentum in mortuis ratum est. Quandoquidem nondum ualet, cum uiuit testator.

Christus
testator &
mediator.

A communi hominum more, ueluti ex Pronunciatis, clariorem superiorum subiungit causam, sic arguuntur, Vbicunque testamentum est, ibi testatoris mors intercedat necesse est. Sed iusticia & peccatorum remissio, testamentum est: ergo testatorem mori necesse est. Propositio probatur, Nam testamentum (inquit)

in mortuis ratificatur, Quamdiu enim uiuit testator, testamentum uigorem (ut aiunt) non habet. Quæ probatio & ipsa à communi hominum more, uelut à pronuntiatis desumpta est. Assumptio autem confirmatur Ieremiæ testimonio. Proinde necessitate quadam sequitur mediatorem Noui testamenti uerum Messiam mori oportuisse. Deus enim testator est. At is immortalis est, Interim testator est: ergo mortalem fieri oportuit. Ideoque Deus, id est, filij persona carnem assumpsit, ut in carne moreretur, utque à morte testatoris remissio peccatorum omnibus daretur credentibus. Sic inquam testatoris mors omnino & ex necessitate quadam necessaria fuit. Mors autem non cuiusuis hominis, sed filij Dei. Nam Deus erat testator, & testatorem mori oportet. Mediator itaque Noui testamenti à Paulo dictus est Christus, quod utriusque naturæ eum oportebat esse participem.

Vnde neprius quidem illud absque sanguine dedicatum fuit. Cū enim Moses omne præceptum iuxta legem exposuisset omni populo, sumpto sanguine uitulorum & hircorum cum aqua & lana coccina & hyssopo, simul & ipsum librum, & totum populum asperfit, dicens, Hic est sanguis testamenti, quod mandauit uobis Deus. Insuper autem & tabernaculum & omnia

Math. 26.

EXPOSITIO CAP. IX.

uasa ministerij sanguine confimiliter asper-
 gebat. Et omnia ferè secundum legem san-
 guine purificantur, & absq; sanguinis effu-
 sione non fit remissio.

Quod iam monstrarat humana similitudine, id nūc
 firmat scripturarum robore, ipsa etiam figura pro-
 bans, quod Mesia mori & offerri oportuerit, quodq;
 testamentum citra sanguinem absolui non potuerit.
 Verba autem transcripsit ex Exodi cap. 24. & adeo
 aperta sunt, si conferantur superioribus ut nostra non
 egeant expositione. Nisi illud monendum sit, in eo,
 quem iam citauimus Exodi loco, nullam fieri mentio-
 nem aquæ, hyssopi, & lanæ coccinæ, & tamen eadem
 in Sacris creberrimè sacræ adhiberi lustrationi. Cuius
 rei testimonia extant Numeri 19. & Leuit. 14. Certè
 id in quo rei cardo uertitur ipse apostolus in hanc bre-
 uem collegit sententiam. Et omnia ferè secundum le-
 gem, sanguine purificantur, & ABSQVE SAN-
 GVINIS effusione NON fit REMISSIO. Post
 hæc enim redit & planissimis uerbis, attamen ad typi
 aptatis, exponit mysterium Christi, ut cœperat, doc-
 cens unicum Christi sacrificium uerum & perpetuum
 esse sacrificium. Infert autem ad hunc modum.

Itaq; necesse est exemplar ipsum cœle-
 leste, hisce rebus purificari, ipsa autem cœ-
 lestia potioribus quàm hæc sint, uictimis
 mudentur.

Exena

CHRISTVS SACRIFICIUM. 96

Exemplar uocat rem ipsam non typum uel umbrā.
 Nam in s. cap. audiuius, Mosaica sacra à cœlesti
 exemplare & uisione esse deformatā. Veriora ergo
 esse cœlestia. Mutabilia uero & umbratica tantum,
 Mosaica. Iam ergo Apostolus sic colligit, Cum typica
 omnia fuerint sanguine purificata, non potuit iste ri-
 tus aliunde quàm à cœlesti petitus esse exemplari:
 quocirca necesse est, ut ipsa etiam ueritas sanguinis
 effusione mudentur. Est tamen hic differentia qua-
 dam. Nam quo augustiora & præstantiora sunt umbra-
 tica uera, hoc oportebat præstantioribus uictimis &
 puriore & nobiliore sanguine uera mundari. Atq;
 hinc iam ducit expositionē de Christo unico & æter-
 no sacrificio. Sequitur enim.

Non enim in manu facta Sancta ingres-
 sus est Christus deformatio uerorum, sed
 in ipsum cœlum, ut appareat nunc in con-
 spectu Dei pro nobis.

Quod ante digressiunculam cœperat, id nunc repe-
 tendo plenius absoluit, Christū cœlos ingressum esse,
 uerum templum, utpote uerum sacerdotem, in hoc, ut
 appareat nunc in conspectu Dei, id est, sacerdotis mu-
 nere fungatur coram Deo, non ut toties offeratur, quo-
 ties peccamus, cū idem semper maneat & causam no-
 strā corā Deo agat: ut clarius exponetur in cōsequenti-
 bus. Obseruabis hoc in loco & ἑρτίτυρον aliud esse

Animad-
 uerte.

quàm sit ὑπόδειγμα, quanquam interpres utrobique uerterit exemplar. Nam ὑτίτυπον deformatio dici potest, quã Heluctij uocamus ein cōtrafactur oder abmachen / quæ figuram & habitudinem alterius rei ac corporis exprimit: ut Panis & Vinum in cœna domini, ueri corporis & sanguinis representant ueritatem. Cuius rei gratia ipsa Eucharistia à Basilio Magno appellata est ὑτίτυπον. Ideoq; Antitypon hypodigmatis est antitypon, ut similitudo aut simulachrum eius rei est simulachrum, à qua deformatum est & cuius similitudinem refert.

Non ut sæpius offerat semetipsum, quẽ admodum Pontifex ingreditur in Sancta singulis annis per sanguinem alienũ. Alioqui oportuisset illum sæpius passum fuisse à condito mundo.

Expositio est superiorum, ne quis putet iccirco Christum immolari quotidie, quod ad morem summi Sacerdotis, qui quotannis in Sancta oblaturus ingrediebatur, ipse etiam Christus ideo cœli ingressus putetur, ut quotannis uel quotidie sacrificaretur. Dicit enim, Non ideo cœlum ingressus est ἵνα προσφέρει ἑαυτὸν, ut SÆPIVS OFFERAT semetipsum. Causa. Alioq oportuisset ipsum προσφέρειν, SÆPIVS PATI ab origine mundi. Reuersio, Sed non nisi semel mortuus est: ergo non nisi

Vide mirã
antitheſim

si semel oblatus est. Sequitur enim, Nunc autem semel sub consumationem sæculorum, ad proſtiganda peccata, &c. Ex istis uero liquet idem, in hoc negotio, pollere mori & immolari. Clarissime enim dicit, Alioqui oportuisset illum sæpius passum esse à condito orbe. Nam nota est particula Alioqui, Notum est & Pauli consilium. Hisce enim uult reddere causam, cur dominus non potuerit sæpius offerri, Quia non potuerit nisi semel mori. Sed & superius audiuimus, Vbicunq; testamentum est, ibi etiam testatoris mors intercedat necesse est. Item, Sacrificia celebrari ad delictorum expiationem. Rursus, Absq; sanguinis effusione non fieri ullã remissionem. Ex quibus nunc sponte sequitur illud sacrificium, quod pro expiatione peccatorum sit immolandum, sine morte & sanguine esse non posse: commode itaq; & Paulum moriendi & sacrificandi uerbo pro eodem usum esse. Huc facit & illud quod prioris seculi mentionem facit. Nam si unicum Christi sacrificium, uel unica Christi mors, non omnia omnium electorum expiasset scelera, iam oportuisset Christum sæpius passum esse à condito orbe. Propterea quod ab electis Dei, ab exordio mundi, sæpiissime peccatum sit. Peccata autem non nisi morte et effuso sanguine expiari potuerint. Hinc enim nunc sequeretur, Christum sæpius mori & sanguinem fundere oportuisse.

Mori &
offerri idē
est

EXPOSITIO CAP. IX.

Nunc autem semel sub consumationem
seculorum, ad profligationem peccati, per
immolationem sui ipsius apparuit.

Holū Chri
sti sacrifici
um satis ē.

Reditus est. Sic enim coeptam argumentationem
continuat. Sed Christus non nisi semel mortuus est, er-
go non nisi semel oblatus est, ergo & unica oblatione
omnia totius mundi peccata expiavit: & proinde uni-
cum tantum & perpetuum sacrificium est Christi sa-
crificiū. Mirum uero est quanta emphasi singula di-
cantur. Primo enim dicit, Nunc autem, nempe, non ab
exordio mundi, sed in fine mundi semel oblatus est.
Deinde uero non dicit Ad profligenda peccata, sed
Ad profligationē peccati, id est, ad euacuationem nō
unius peccati, sed quicquid peccati nomine cense-
ri potest. Tertio autem dicit istam immolationem non per
alium esse factam, sed per ipsum Dei filiū. Nemo enim
mortalium immolare potest Dei filiū. Nam in 7. audie-
uimus, Talis decebat ut esset nobis pontifex, & c.
Quae ergo Erasmus in hunc presentē Pauli scripsit lo-
cū, adeo sunt propria & elegantia, ut necessitate qua-
dā ascripserim. Talis (inquit) fuit Christus, ut satis fue-
rit semel imolare semetipsum, ac semel asperzione pro-
prij sanguinis abolere peccata oīm seculorū usq; ad fi-
nem mundi. Idq; factū est non ab initio mundi, sed in-
stante fine, cū omnibus constaret oīa uitata peccatis,
nec ullū esse remediū nisi à Deo, ut palām esset, quā-
m esset

CHRISTVS SACRIFICIUM: 98

esset efficax sacerdos, qui unica uictima, tam immen-
sum aceruum peccatorū expiaret: relicto parato sa-
ciliq; remedio, ut eadem hostia in annos innumeros sa-
tis faceret oibus, qui sese nō preberent indignos. Tran-
sultit enim in se nō solum eorū peccata, qui ante mul-
tos annos spem salutis in eo posuerant, uerū etiam eorū
qui multis post seculis credituri essent eius Euange-
lio. Haec Erasmus.

Miror autem si quid habeant infelices Missae Missae
quod hisce Pauli tam clari, pro sacrificio Missae, op-
ponant. Nam quod Ioannes Apocalyp. 13. Christum
uocat agnum ob origine mundi occisum, his Paulinis
adeo nō reclamationat, ut magis succinat. Voluit enim Ioan-
nes indicare unica Christi morte & uictima omnium
sanctorum peccata ab exordio mundi esse purgata.
Quod uero aiunt se mystice & spiritualiter Christiū
offerre, nemo est qui nunc non intelligat istud cōmen-
tū, uerborū duntaxat niti praestigijs. Nos uero ex hoc
Pauli loco haec duo Missatico opponimus sacrificio.
Primū. Christus amplius nō moritur, mors illi ultra
non dominabitur, Rom. 6. ergo à nemine amplius sa-
crificatur. Consequentia presentibus probatur Pauli
uerbis. Secundū. In omni eo sacrificio qd' peccata ex-
piare debet, necesse est sanguinē fundi & mortē inter-
cedere. Probatur Pauli uerbis, Sine sanguinis effusio-
ne non fit remissio. Et, Vbiq; testamentum est, ibi

20 EXPOSITIO CAP. IX.

mors testatoris intercedat necesse est, &c. Sed in Missa sa neq; Christi sanguis funditur, neq; ipse Christus moritur. Probatum auctoritate Pauli ad Rom. 6. Hebr. 9. & quod sanguis semel effusus, amplius non effunditur, sed satis est ad delenda omnia mundi peccata. Itaq; Missa non est sacrificium pro peccato.

Et quatenus illud manet omnes homines, vt semel moriantur, post hoc autem iudicium: ita & Christus semel oblatum est, vt multitudinis tolleretur peccata, secundo aut absq; peccato apparebit omnibus expectantibus se ad salutem.

Similitudine docet Christi sacrificium unicum esse & perpetuum: ut posthac non sit ulli ulla alia expectanda uictima. Homo enim non nisi semel moritur. Et Christus homo fuit, ergo non nisi semel mortuus est. Proinde & semel duntaxat immolatus est. Semel inquit obseruabis autem quoties iam illud SEMEL ingerat. Homines non morimur quotidie, itaq; Christus non immolatur quotidie. Et quemadmodum post mortem nobis nihil aliud restat, nisi iudicium: ita post unicam Christi mortem non restabit ullum aliud sacrificium ad iudicium usq;, quam Christi. Siquidem non descendet ad nos quotidie, sed ἐκ δευτέρου, id est, secundo, altera duntaxat uice, dum uenerit iudicare uiuos & mortuos. Aderunt quidem in postremis

Aduentus
Christi.

CHRISTVS SACRIFICIUM. 99

temporibus pseudoprophetae, qui, iuxta uaticinium Christi, dicent, Ecce hic, ecce illic est Christus: sed subdit, Ecce praedixi uobis. Si ergo dixerint uobis, Ecce in deserto est, nolite exire: ecce in penetralibus, nolite credere. Sicut enim fulgur exit ab oriente, & apparet usq; in occidentem: ita erit aduentus filij hominis. Quasi diceret, Iccirco uolumus istis fidem a uobis dari, quod praesentia Christi non erit ita ut aiunt inuisibilis & obscura. Cum enim redierit, celer & clarus, fulguris in morem emicabit, &c. Duo enim sunt aduentus Christi secundum carnem. Prior in carnem, quo peccata nostra in se transtulit & expiauit: postea uero caelos ascendit, & carnem huic mundo subtraxit. Posterior in iudicium, quo iam non expiabit peccata (quod Paulus schemate quoda dicit sine peccato apparere) sed iustus iudex puniet omnem iniquitatem: salutaris nihilominus futurus omnibus ijs, qui sibi uera fide crediderunt. Recte ergo querit D. Chrysostomus, Quare multitudinis siue multorum & non omnium sustulit peccata? quia non omnes crediderunt. Pro omnibus quidem mortuus est, quantum in ipso est: non autem omnium peccata abstulit, propterea quod noluerunt.

Nam lex umbra existens futurorum bonorum, non ipsa rerum imago ipsius hostijs, quas singulis annis easdem continenter of

ferunt, nunquam potest accedentes perfectos reddere. Alioqui nonne defissent offerri, propterea quod ij qui sacrificassent & semel purgati essent, nullam iam habuissent conscientiam peccatorum.

**Aduer. ue
terū sacr.**

Postea quā ostendisset unicum Christi sacrificium uerum esse & perpetuum, nunc illud etiam multis ista demq; clarissimis argumētis demonstrat, quod & supra attigerat, Veterū sacrificia prorsus fuisse inutilia. Nimirum, ut inenarrabili illa sedulitate sua sacrificia, baptisinata, & alia id genus typica sacra, tantis altis fixa in Hebræorū corda radicibus euelleret: cōtra uero Christū penitus infereret pijs pectoribus. Idem ergo subinde inculcat. Nam copiosa tractatione eademq; perspicaci & firma adeoq; & superstitiosa apud Hebræos pertinacissimū genus mortaliū opus erat. Sēsus autē eorum quæ dicit hic est. Porrò quod legali fixis sacrificiis, stulte facitis. Nam lex umbra tantū suū it uerorum bonorū. Ipse autē Christus legis corpus & perfectio $\Theta\acute{\alpha}\lambda\lambda\omicron\sigma\sigma\alpha$ est. Iam uero quis tam stultus, qui non malit sibi ipsam rem, quā rei imaginē dari? Paulus enim $\delta\epsilon\upsilon\tau\epsilon\lambda\omega\tau\epsilon\lambda\omega\epsilon\iota\kappa\omicron\nu\alpha$ posuit pro uero & expresso, quod ipsum per sese sit & in se rem ipsam exhibeat, non specie aliqua siue typo representet. Caterum quod umbra fuerit lex, quodq; inutilia legis sacrificia, hinc patet, quod ibi sa-

**Bonorum
aceruus et
mare.**

cificia prorsus cessant, ubi perficiunt, & peccata expiant. Nam in quem sinē uictimam iteret, qui uictimā habeat, quæ semel oblata, semper satis sit ad expianda omnia peccata? Leuitica autem sacrificia non cessabant. Nam eadem quotannis & continenter, sineq; omni intermissione offerebantur: itaq; peccata nō expiabant, & proinde non modo inefficacia, sed & inutilia fuerunt. D. Chrysostomus hæc omnia pulchra similitudine exponit & ait, Quid autem opus erat multis, dic mihi, una sufficiente? proinde quod multæ & semper offerebantur, ostendit eos nunquam purgari. Sicut enim medicamentum quando fuerit forte & salutis efficax & ualens cunctam ualetudinem repellere, semel impositum totū operatur. Si ergo semel impositū totum operatum fuerit, ostendit suam uirtutem, ut non ulterius apponatur: & hoc est eius opus, ut iam non apponatur. Si uero semper apponitur, manifestum indicium est, nihil illud præualuisse. Medicamenti quippe illa uirtus est ut semel imponatur, & non frequenter. Sic etiam hic. Hæc Chrysostomus.

Vos autem hic appello Missas, uos inquam qui Missam uendidatis pro sacrificio ablucite peccata uerorum & mortuorum. Vos inquam appello. Dicite nobis, An Missa peracta purgaueritis eius peccata pro quo obtulistis? An non purgaueritis? Si non purgastis, inefficax & inutilis est Missa uestra, & impostura

Brendly
Murer.

est hostia uestra. Si uero purgastis, quid obsecro non iam altera uice, sed quotannis, ut Iudæi, imò centies iterumq; centies, offertis pro mortuis? Quid depositio nis diem, septimam, trigessimam, & continenter deinceps aniuersariam multiplici celebratis uictima? Sed quotidie (inquiunt) peccamus, quotidie ergo sacrificamus. Id quod pro uiuis obijciunt: nam pro mortuis nihil prorsus habent quod dicant. Atqui ad istud etiam commentum quod pro uiuis obijciunt, hoc respondit apostolus, Vnicum esse Christi sacrificium, & ita unicum, ut semel duntaxat immolatū, iterari non possit, neq; necessum sit. Vnicum enim & solum semper satis esse ad omnia ea peccata condonanda, quæ in hac uita à nobis committantur.

Atqui in istis commemoratio fit peccatorum quotannis.

Cur sacrificium ad
pud ueteres.

Occupatio est, Nam ne quis obijceret, Si inutilia sunt sacrificia, cur oro instituta? Respondet, In hoc instituta sunt, non ut peccata abluant, sed ut peccata refricent, eosq; peccati conuincant qui sacrificant. Id quod & superius in 7. de institutione legis annotauimus. Chrysostomus, Proinde (inquit) cōstitutio sacrificiorum accusatio peccatorum fuit, nō solutio. Quia fiebat accusatio infirmitatis non uirtutis ostensio. In eo enim quod offerebantur, redargutio peccatorum: in eo aut quod semp, redargutio fit infirmitatis, &c.

Non

Non enim potest sanguis taurorum & hircorum auferre peccata.

Breuius hæc abrumpit: quasi diceret, Quid uero multis? Peccatum animi non corporis uitium est: ergo peccatum corporea re non tollitur. Corporea autem fuerunt ueterum sacrificia, itaq; ea non purgarunt animi peccata.

Ideo cum ingressurus esset mundum, dixit, Sacrificium & oblationē noluisti, Corpus autem aptasti mihi, holocaustomata & pro peccato non comprobasti. Tunc dixi, Ecce adsum, in capite libri scriptum est de me, ut faciam Deus uoluntatem tuam.

Prophético testimonio nunc confirmat, quod hæc Scriptura
eternus disputauit, Sacrificio Christi omnes ueterum uictimas esse abolitas. Christi autem hostiam unicam esse & perpetuam. Testimonium autē sumpsit ex Psal. 39. finxitq; hæc Christum, iam mundum ingredientem loqui. Sciendum uero in Hebraica ueritate non legi Corpus aptasti mihi, sed, Aures perforasti mihi. Et quamuis uerba sic dissonent, sensus tamen idem est. Apostolus enim uoce Corporis ita utitur, ut umbræ opponitur, nempe pro ipsa re quæ adumbratur typo. Iam uero propheta Aures sic usurpat, ut fidei & obedientiæ instrumentum sunt, adeoq; & per Metalepsim Aures pro ipsa posuit obedientia. At obedientia Christi Rom. 5

0 5

si illud ipsum corpus, id est, illa ipsa res est, quã typi figurarunt. Noluit ergo Christus umbræ seruire, sed ipsum corpus suũ per obedientiam in mortẽ crucis tradere. Deinde uero sciendũ Caput libri positũ esse pro summa & scopo legis, Est aut̃ scopus & summa legis, Deo subijci & uoluntati eius obtemperare.

Superius cum dicit, Sacrificium, & oblationem, & holocaustomata, & pro peccato noluiſti, neq; comprobasti quæ iuxta legẽ offeruntur, tunc dixit, Ecce adsum, ut faciam Deus uoluntatem tuam, tollit prius, ut posterius statuatur, per quã uoluntatem sanctificati sumus, per oblationem corporis Iesu Christi, semel peractam.

Nunc adaptat instituto suo quod citarat testimonium. Et de industria quidem ois generis sacrificia, ueluti sufficienti enumeratione recenset, oblationes, hostias, holocaustomata & uictimas, quæ interim oia noluit Deus. Vnde necessario sequitur, omnia ueterũ sacrificia prorsus esse abolita: sola aut̃ innocenti hostia filij sui delectari Deum. Et sanè Paulus Voluntatem posuit pro beneplacito. Etenim in Christo placatus est orbi pater, qui supra caput filij testificans, ista pronuntiauit. Hic est filius meus dilectus, & in quo bene placitum est. Placatus est itaq; nobis pater per oblationem corporis Christi, ut nunc sanctificati

Differentiam horũ legere est apud Grammaticos.

cati, unica Christi cõtenti sumus hostia. Vera itaq; sanctificatio nõ constat rebus humanis & externis: sed sola Dei gratia, Ephes. 2. Et hæc tenus quidem de inefficacia uictimarum ueterum.

Et omnis quidem sacerdos assistit quoti die sacra peragens, & easdem sæpius offerens hostias, quæ nunquam possunt auferre peccata. Hic uero una pro peccatis oblata uictima, perpetuo sedet ad dexterã Dei, id quod superest expectans donec ponantur inimici eius scabellum pedum ipsius. Unica enim oblatione perfectos effecit in perpetuum, eos qui sanctificantur.

Iam uero Epilogum siue Anacephalæosim omnium eorum contextit, quæ hucusq; à 9. cap. initio, de sacrificio disputauit: contextit aut̃ eo prorsus dicendi modo & consilio, quo in 8. cap. causam sacerdotij collegit. Epilogus uero ipse constat, ut superiora pleraq; contentione demonstratiua. Totũ enim negotium summi pontificis & Christi, quoad sacrificiũ, ueluti de nouo ob oculos reuocat, & Christiũ sacerdotib. sic cõmittit. Leuitici sacerdotes nedũ ipse summus pont. easdẽ quotidie immolabat hostias, Christus uero unicã semel dũ taxat obtulit uictimã. Porro illi easdẽ sæpius obtulere hostias, quod inefficaces subinde iterarentur, & tñ peccata nõ abluerent, sed cũ Christi uictima semel tantũ

Epilogus.

Quod Christus æterna uictima sit.

EXPOSITIO CAP. X.

oblata, oim oia expurgarit peccata, perpetua facta e:
 ipseq; Christus, ueluti de peccato, demone, & inferno
 deuicto, oiq; re foeliciter gesta, triumphans caelos ascē
 dit: subiungaturus hostes, & poenas posthac de omnia
 bus ijs sumpturus, qui eius sacrificio absolutissimo non
 obedierunt. His subiicitur elegans & firma admodū
 πρὸς ἀποστόλους, VNICA ENIM OBLATIO
 NE PERFECTOS EFFECIT IN PERPE
 TVVM, EOS QVI SANCTIFICA N
 TVR. Proinde omnes qui sanctificantur, sanctifica
 ti sunt, & in futuro, usq; ad iudicij diem, sanctifica
 buntur, unica illa (obserua VNICA) Christi hostia
 sanctificabitur. Quid ergo alia opus hostia? Quis Le
 uitica post hac curauerit sacrificia? Aut quis iteret ui
 ctimam, quae iterari nequeat? sed & sola & semel
 caesa sufficiat ad expianda peccata, imo & amplius
 offerri, caediq; non possit? Istitis autem prorsus concul
 cantur omnia merita, sacrificia, missae, & placita ho
 minum uniuersa. Contra uero solius statuitur Christi
 gloria, redemptio, iusticia, & sacrificium perpetuum.
 Verum ipse Paulus postquam repetijt solum Christi
 sacrificium esse perpetuum, etiam illud quod sacrifici
 orum abrogationem attinet, sequentibus sic colligit,
 Hoc firmat nobis etiam spiritus sanctus,
 nimirum cum praedixit, Hoc est testamen
 tum quod feriam cum illis, post dies illos,
 dicit

CHRISTVS SACRIFICIUM. 103

dicit dominus, dans leges in corde illorū,
 & in mentibus illorum inscribā eas, & pec
 catorum atq; iniquitatum illorum non re
 cordabor amplius. Porro ubi horum est
 remissio, ibi non est amplius oblatio pro
 peccato.

Quemadmodū causam de sacerdotio Christi col
 legit Ieremie testimonio, ut audiuimus in s. Ita causam
 sacrificij Christi eodem concludit testimonio: &
 nunc quidem comprobat ac colligit, quae de abrogato
 Leuitico sacrificio disputauit. Sed dispositio uerborū
 Pauli haec est, Vbi est plenaria peccatorū remissio, ibi
 nulla superest oblatio pro peccato. Sed in Nouo testa
 mēto est plenaria peccatorū remissio. Ergo in Nouo te
 stamēto nulla restat oblatio pro peccato. Maior clarif
 sima est. Quorsum enim opus est sacrificia adhibere
 pro diluendis peccatis, quae iam iam unica Christi mor
 te condonata sunt? Minor probatur testimonio Iere
 mie. Quid ergo restat? unicum & solum Christi sa
 crificium, satis esse ad diluenda omnia delicta mundi.
 Cessasse itaq; omnia in orbe sacrificia: contra uera
 unicum Christi uictimam fide uenerandam omnium pro
 poni fidelium mentibus.

Ergo ne (inquis) ita abolita sunt omnia sacrificia,
 ut nihil habeat Christianorum Ecclesia quod Deo of
 ferat? Respondeo, duo quidem esse sacrificiorum ge

Quod per
 Christum
 oēs hostiae
 antiquatae

De sacrifi
 cijs Chri
 stianorū.

nera, Alterum expiationis pro peccato, Alterum uero laudis, iusticie, & gratiarum actionis. Iam uero nullū prorsus restat expiationis & pro peccato sacrificiū, quod amplius offeratur in Ecclesia. Nam unica Christi hostia, una pro omnibus peccatis est, & semel oblata semper satis est, & de hac hostia hactenus disputauit Apostolus. At in 13. cap. audiemus de spiritualibus quibusdam Christianorum hostijs, quæ gratitudinis iusticie & laudis hostiæ sunt, nempe quod benefecerit Deus, quod peccata nostra per cruorem filij sui deleuerit: non quod per nostras oblationes nunc primum delet. Sed de ijs dicemus in cap. 13. Hinc uero liquet, quid etiam de Cœna domini sentiendum sit, nō quod Pontificij sentiunt, in ea à sacerdote offerri reale & naturale corpus Christi, ad expianda uiuorum & mortuorū peccata. Id enim ueritati & uirtuti mortis & hostiæ Christi, plus quàm xp̄o sic & cōp̄ repugnat. Sed hoc de Cœna sentiendū est, quod Christus sentire iussit, qui dixit, Hoc facite in mei commemorationem. Est itaq; Cœna sancta & fidelis commemoratio mortis & sacrificij Christi semel in cruce pro nobis oblata, qua & ea symbola sumimus quæ sumere iussit, & gratias agimus, quod sub peccatum uenditos redemit. Ceterum cum commemorationi id quoq; nominis communicetur, quod illud reuera habet, cuius est commemoratio. Cœna autem commemoratio sit sa-

Quomodo
dicat̄ Eus
charistia
sacrificiū.

cificij Christi in cruce semel peracti, sit, ut apud Veteres penè omnes sacrificij nomen tribuatur Cœnæ, ipsa itaq; Cœna dicatur esse Christianorum sacrificium, non ipsa re, sed nominis communicatione. Est & alia caussa cur Cœna siue Eucharistia Veteribus dicta sit sacrificium. Cum enim gratiarum actio & laus sit Christianorum sacrificium, Eucharistia autem nihil aliud sit, etiam si etymon spectes, quàm gratiarū actio: fit ut Eucharistia à ueteribus dicatur sacrificiū: non eo nomine quod caro & sanguis (ut Pontificij uolunt) offeratur, sed quod coetus, concordia, charitas, unio, oratio, laus, & gratiarum actio uerum sint Christianorum sacrificium. Atq; huius rei testes uocamus uetuslos omnes, Ireneum in primis lib. aduer. here. 4. cap. 32. 33. & 34. Deinde uero Tertullianum aduer. Iudeos, & aduer. Martion. lib. 3. & 4. ubi in illud Malachiæ, Ab ortu solis usq; ad occasum offeretur sacrificium nomini meo, mundum: clarissime dicit, Gloria scilicet relatio, & benedictio, & laus, & hymni, simplex oratio de cōscientia pura. Testem aduoco & D. Cecil. Cyprianum Epistol. lib. 2. epist. 3. Idem auctor 4. Epist. lib. epist. 5. Sacrificij pro mortuis sic meminuit, ut palam constet, sacrificia illa aliud nihil fuisse, quàm laudes mortuorum, & gratiarum actiones Deo pro beneficijs exhibitis. Testamur & Augustinum ad Bonifacium epist. 23. & in lib. de Ciuit. Dei.

Gratiarū
actio.

Orationes
funebres
apud Gen
tiles.

EXPOSITIO CAP. X.

eo. cap. 4. 5. & 6. Nec est ut hic cristas erigant Pontificij. Non enim paucorum est hæc oblatio, sed omnium in Christum credentium, Iudeorum & Gentium, uirorum & mulierum, iuuenum atq; senum. Siquidem nõ succinemus uobis, Solis presbyteris quibus hoc conuenit, ut ipsi sumant & dent cæteris. Quin potius Paulo succinemus qui uniuersæ Corinthiorum Ecclesiæ sic scripsit, Quotiescunq; comederitis panem hunc & de poculo hoc biberitis, mortem domini annuntiabitis donec uenerit. Non quod ordinem & honestatem interturbari uelimus in Ecclesia. Nam ipsum decorum & exemplum Christi postulat, iubetq; non modo ne pueri aut mulieres sacris ministrent, sed ut aliquis præstet actioni Cœnæ & symbola distribuat: quod equidem nemo iustius faciet, quàm minister uerbi unà cum diaconis & senioribus Ecclesiæ uiris. Sed tot tantaq; omnibus ex æquo uiris & mulieribus impertiat quantum ipse sumit. Nam quod sacerdos pontificius dumtaxat sacrificet, & pro alijs sacrificet omnibus, cæteri uero non sacrificent participando sacramentis, imò ne illa contingere quidem ausint, ea demum summa est impietas, impostura, temeritas, atq; schisma Ecclesiæ Christi indignissimum. Istud nos omnibus modis damnauimus. Istud denum inter nos fieri nolumus. Item quod sacrificus pecunias de oblatione suscipit, & pro mortuis sacrificat, cæteri uero pecunias conferunt, & part

CHRISTVS SACRIFICIUM. 105

participando sacramentis, pro mortuis nõ immolant. Rursus quod sacrificus priuata sacrataq; ueste ornatus, ueluti Leuiticus aliquis pontifex, in cœtum prodit, pro se quædam, & quæ peregrina lingua immurmurat, gestulationibus ueluti ad Chorũ saltitat, deniq; & characteribus omnia, incantatoris in morem, circumscribit, ipse quoq; utraq; communicat specie, cæteri uero non item, id sanè stolidum, puerile, ludicrũ, & impium est, nulla parte rei tam graui respondens. Nihil enim tale uideas in cœna domini, nihil tale cernas ab apostolis esse traditum.

Nos ergo qui apud Heluetios papisticæ ualediximus Missæ, melius & diuinius quippiam, & quod institutioni Christi propius, & traditioni apostolicæ conformius, imò ipsam domini institutionem, in abrogatæ Missæ locum, substituiimus. Nam initio quidem nõ quotidie, sed certis statutisq; diebus Eucharistiæ sacra celebramus. Quotidie autem in cœtum ad preces & audiendum uerbũ Dei conuenimus. Ceterum cum denunciatis diebus ad illa Eucharistiæ sacra congregamur, de quibus Christus cum libertate quadam pronunciavit, Quotiescunq; feceritis in mei memoriam facietis, ante omnia factis ad Deum communibus uotis & precibus, ea, qua quisq; à Deo donatus est, gratia, tradimus Christum pro nobis mortuum & oblatum esse. Eam oblationem unicam, solam ad omnia mun-

Resistitio
cœnæ do-
mini.

EXPOSITIO CAP. X.

di peccata expianda satis esse. Hic itaq; plebē in templo publico, summa cū humilitate & attentione circūstantem, prouocamus ad sui & peccatorum agnitionē, prouocamus ad fidendū Deo tam benigno, prouocamus item ad laudandū Deum, & gratias agendum liberationi per Christum. Addimus sacra symbola à Christo hoc nomine esse instituta. Ea non esse profana signa, sed sacrosancta. Istis enim representari uerum corpus & sanguinem Christi, adeoq; ipsa fidei conspectu coram cerni. Explicamus mortis & sacrificij Christi uirtutē & modum, quomodo pro nobis factus sit, & sanguinē pro nobis fuderit, quomodo item hæc præsentibus exprimantur symbolis, & postremo quomodo Christus sese nobis totū impenderit. Hortamur ergo accedant, accedant autē fide purgati & charitate innocentiaq; ornati, cōdonet itaq; quisq; proximo suo delictū in se, atq; sic coëant in unū corpus, spiritū, & populum. Neminē enim separamus, neminē rejicimus, nisi eum quem sua in Deum perfidia & ineredulitas recedere & sacra nostra contemnerē iussit. Istis uero ad hunc modū pro publica contione peroratis, accedit minister uerbi primus, qui Ecclesie pastor est, diaconis cōcomitatus, honesta, sed uulgari ueste indutus, ad mensam, quæ mūdissimo lino tecta, canistris pane infermētato refertis, & poculis uino plenis, instructa adstat. Porrò nullus hic auri splendor aut eboris lu-

xus

CHRISTVS SACRIFICIUM. 106

xus irradiat: oīa tenuia, sed tamen munda. Fidem innocentia & charitatē docemus esse uera religionis ornamenta. Auro autē nō Deū ornandū, sed pauperibus subueniendum esse. Posteaquam uero cōmunicaturi oēs sese in sua prope domini mensam, receperint loca, mox præmissa ad Deū oratione, ea, quæ nobis Germana lingua est, subiungit Diaconus caput Ioan. 6. quod clara uoce prælegit Ecclesie, ut ex ipsis dñi uerbis discant, quid sit carnē Christi uere edere, & sanguinē eius uere bibere. Deinde uero interiecta cōmuni laude Dei, prælegit alius diaconus Cap. 11. prioris ad Corin. ut ex ipsa domini institutione populus intelligat, quid à domino institutū sit in cœna, & quare institutū. Ista uero ueluti ἄρα καὶ quædam præmittuntur. Post hæc iam propius aggredimur rem. Nam & articulos fidei nostræ profitemur, & peccata nostra Deo confitemur, ipsum oramus, ut nostri misertus, nos nostrasq; preces suscipiat, sibi uniāt, fidem augeat, innocentiam tribuat, & in uita sanctimonia conferuet. Hinc uero monet primus ille uerbi minister, ut quisq; apud se hoc negotij probe expendat, nihil ex hypocrisis faciat, aut indigne, hoc est, sine fide accedat, ne corporis & sanguinis domini reus fiat. Hic ergo omnes procumbunt in genua, & orationem dominicam, quisq; apud se tacite, pastore præeunte, maxima animi deuotione dicunt. Hac absoluta accipit pastor panem

Hæc illa
Cœna nostra.

azymum in manus, & spectante coramq; audiente Ecclesia, maxima grauitate & religione, ac uoce quã potest clarissima & distinctissima, recitat uerba Cœnæ domini, Deinde uero panem ijs, qui circũ mensam astant ministris distribuit: qui cum summa suscipiunt reuerentia, & mox in calathis per totã circumferunt Ecclesiam, subsequenibus alijs cum poculis, quæ simili, ut panem, modo, tradidit primus uerbi minister diaconis, & senioribus ad hoc in Ecclesia destinatis uiris. At ipse populus cibum potumq; sacrosanctum expectans, ipse in manus sumit quod traditur à ministris, editq; & proxime assidenti offert quisq; partem eius quod accepit: itaq; omnes de uno pane & uno poculo participant. Interim uero dum sic sacra sumunt mysterioria, prælegit lector scripturæ colloquium cœnæ, quod Ioannes aliquot absoluit capitibus, ordiens à pedum ablutione. Aliquousq; autem legit, donec calathi, crateresq; redierint omnes. Tum enim tota in genua iterũ procumbit Ecclesia, & agit gratias Deo pro morte filij & peccatorum remissione: deinde uero se totã commendat Deo. Sic inquam sanctum Domini sacrificiũ in Ecclesijs nostris, qui sumus Tiguri, Bernæ, Basileæ, Sanctogalli, Schaffhusij, Bielæ, Mylhusij, & multis alijs in locis, nunquam cessat. sacrificiũ in quã Christi perpetuum, huius commemoratio, laus & gratiarum actio. Mentuntur enim impudentissime, qui nos

Sacrificiũ
non cessat
apud Christi-
anos.

impietatis & prophanationis sacramentorum, omniumq; aliarum rerum sacrarum accusant. Nam prophanationem sanctarum rerum Missam, abrogauimus, sed in locum eius substituimus sacrosanctã domini Cœnam. Quod firmiter credamus neminem posse meliorem uel Deo gratiorem ritum instituire, quam quem Christus Dei filius instituit, apostoli uero Ecclesiæ Dei ceu per manus tradiderunt, Ecclesia autem ab apostolorum tempore plus quàm quingentis annis sincerũ seruauit. Quid aut nostra retulerit, quid uisum sit Scholastico, Gregorio magno, Adriano, alijsq; Romanæ Ecclesiæ præsulibus? Non enim hominum discipuli sumus, sed Iesu Christi filij Dei, à quo & Christiani cognominamur. Sed hæc per digressionem.

Porrò cum ipse Paulus causam sacrificij in breuem, ut uidimus, collegerit epilogum, non est ut actũ agamus.

HISCE VERO absoluimus & alteram huius Epilogus. Epistolæ partem, in qua opes & thesaurum religionis Christianæ aperuit Paulus, Sacerdotium uidelicet & sacrificium Christi. Vnde iam didicimus in Christo omnem esse plenitudinem, sapientiam, iusticiam, redemptionem, resurrectionem & uitam, imò quicquid homini ad uitam uere beatam necesse est: ut nunc nihil amiserit, qui externum illum cultum in mundo dimisit, omnia uero possideat, qui Christum fide possideat, qui & in Euangelio dixit, Ego sum panis uitæ: qui Ioan. 6.

uenit ad me non esuriet, & qui credit in me non sitiet unquam. Prudensissime itaq; feceris, Christiane Lector, si Euangelicum imitatus mercatorem, omnem tuam uendidisti substantiam, atq; hunc thesaurum emeris, quo solo faelix esse possis. Verum audi, obsecro, ipsum quoque Paulum te huc maximo orationis robore trahentem. Huc enim pertinent sequentia.

TERTIA EPI-

stole pars.

Scopus.

Quæ enim superest pars tertia & ultima, in hoc tota est, ut Hebræis primum, deinde toti orbi persuadeat, Christum uerum Deum & hominem, sacerdotem & uictimam, suscipiant, huic se unitos dedicent, ab hoc non deficiant, sed per fidem in patientia omnia aduersa uincant. Neque enim satis est cognouisse Iesum esse Messiam, nisi uni soli que, oibus neglectis adhæreamus. Nam sine tali fide impossibile est quenquam placere Deo. Fides uero nisi patientiam et constantiam habeat, opinio est. Hinc fit, ut apostolus de his quoque differat, qui superioribus sic infert.

Quia itaque, fratres, habeamus libertatem introeundi in sancta per sanguinem Iesu, ea uia, quam dedicauit nobis recentem ac uiuentem, per uelamentum, hoc est, per carnem suam: cumque habeamus sacerdotem

ma

magnum, prefectum domui Dei,

Longum est hyperbaton, uix enim post adscripta uerba, sequenti absoluitur sententia. Sensus tamen expositus est: id enim uoluit Paulus, Cum ergo per Christum, qui factus est nobis à Deo mediator, sacerdos, & sacrificium, uia ad caelos aperta sit, agere Christo fidamus, ut per eum caelos ingredi liceat. Hæc omnia summa est: sed Paulus mira copia & per enumerationem quandam singula diducit expoliunt. Porro cum dicit nos habere libertatem, copiam, & facultatem ingrediendi ad Sancta, nimirum ad illud quod in 9. cap. audiuius respexit, Priore adhuc consistente tabernaculo, nondum patefactam esse Sanctorum uiam. Presentia itaque illis opponere uoluit. Nam morte, sacrificio & sanguine Christi, prius illud tabernaculum dirutum est, ergo & uia ad Sancta aperta est. Recens itaque dicitur ac uiuens. Recens quidem respectu illius, quod plerique hactenus putarunt sacrificijs, ceremonijs, & externis ritibus patere ad caelos uiam. Viuens uero quod nunc per Christum filium Dei uiuam ad uitam uere apertum esse credamus. Nam & in Euangelio ipse dixit dominus, Ego sum uia ueritas & uita. Nemo uenit ad patrem nisi per me. Si uero hæc est illa reuera, uera, & certa ad caelos uia, iam sponte sequitur, neque per monastica uota, neque per sacrificia, neque per ulla alia media perueniri ad regnum Dei. Nam si

Via ad caelos uera.

P 4

*Fides absq;
patientia
& constantia
opinio est
non fides*

alia patet aditus, sane Christus uel frustra mortuus est, uel non solus uia est. Ceterum ipsam carnem Christi merito uocauit uelamentum, Suscepta enim in coelos carne Christi, mox apparuerunt caelestia. Vnde ipse etiam in Euangelio dixerat, Expedit uobis ut ego uadam. Et Paulus, Etiam si cognouimus Christum secundum carnem, nunc tamen non amplius nouimus. Sed de Sacerdotio Christi & Domo Dei, quae hic per repetitionem immouantur, satis dictum in superioribus.

accedamus cum uero corde, in certitudine fidei, cordibus à mala conscientia purgatis, abluti item corpore aqua munda, tenemus confessionem spei non uacillantem.

Fides.

Hisce iam absoluitur hyperbaton: sed ipsa oratio prorsus est metaphorica. Nam animo accedimus Deum, non pedibus. Animus autem debet esse syncerus & minime fucatus. Nihil enim perinde odit Deus, atque hypocrisim. Nam ut Deus uerus est, ita ueritatem amat. Certitudinem autem fidei posuit pro certa & persuasa fide, qua purgantur corda & conscientiae hominum. Non equidem baptismatis uarijs, quibus se indies abluebant Hebraei, sed fide, quod & Petrus censuit in Act. cap. 15. Interim Paulus oratione sic uestiuit figuris, ut externis purificationem tribuisse uideatur, quibus tamē nihil tribuit. Externis enim penetrare uoluit ad interiora & Endiadi quadam de una fide lo-

Ioan. 4
Eph. 5
Titum. 3

quē

qui, quasi de uarijs lustrandi differat generibus. Interim nihil aliud dicere uoluit quā hoc, Si quis magnifecerit Iudaicos purgandi ritus, eosque minime putarit deferendos, is sciat non elementis, sed fide purgari corda hominum. Eadem ergo si quis habeat, ueram purificationem habeat necesse est: ideoque teneamus posthac confessionem spei non uacillantem, id est, firmam, immobilem, & non huc atque illuc nutantem: confessionem inquam spei, hoc est, ueram illam religionem de Christo, qui est spes nostra, baptismus fidelium, & expiatio, i. Petri. 3.

Fidelis enim est qui promisit.

Veritate Dei, argumento ab Auctoritate ducto, monet ut Deo per Christum fidant. Promptius autem ad eam rapimur, quae certa & indubitata esse scimus. Sed de ueritate Dei dixi in 6.

Et consideremus nos inuicem, in hoc, ut prouocemus ad charitatem & bona opera, non deserentes congregationem nostri mutuam, sicuti mos est nonnullis, sed adhortantes inuicem.

Iam ueluti ex obliquo agit argumenta. Nihil enim est quod fidei perinde aduersum sit atque discordia & contemio. Ut ergo fidei robur adderet, ad charitatem etiam uocat. Charitas enim longanimis & benigna est, Charitas non est praefracta, inflata, uel fastidiosa. Vbi ergo charitas, ibi spes est fore, ut fides subinde gli-

Concordia.

P 5

EXPOSITIO CAP. X.

scat, quisq; item monentē audiat, ab errore resiliat, melioraq; tradenti obediat. Vbi uero charitas non est, ibi fastus, proteruita, & pertinacia est, Vbi uero pertinacia, ibi disfidiorū materia inexhausta, sectæ, defectio, & odium ueritatis: quibus omnibus illi maxime apud Hebræos flagrabant, qui patrijs addicti ceremonijs, ecclesiam unā cū euangelica ueritate, malebant deserere, quā quicquā à concepta opinione cedere. Talia prorsus hominū capita, qualia plurima habent infœlicia nostra tempora, quibus adeo sordet uera pietas & germana simplicitas, ut centies malint omnia in ecclesia misceri, quā puræ ueritati gloriam dare. Porro de charitatis operibus, quæ uere bona opera sunt, qui plura uelit, legat priorem Pauli ad Corinth. & illam præclarā Ioannis apostoli Epistolam. Nos quædam in 6. annotauimus.

Idēq; hoc magis quod uidetis appropinquantem diem.

Argumentatur à tempore: sicut ad Rom. 13. Tēpe stiuū est nos à somno expergisci. Nūc enim propius est nobis salus, &c. Ita hoc loco, Quo propius (inquit) eritis appropere fatalē horam, hoc promptius debetis fide amplecti Christū. Vsurpat enim Scripturā Diem illum, non modo pro extremo iudicio, sed pro fatali cuiusuis hominis hora. Hæc uero hætenus ad omnes imitatos fide, fideles, firmiores & infirmiores.

Nam

DE VERA FIDE. 110

Nam si volentes peccauerimus post acceptam cognitionem ueritatis, nulla alia pro peccatis restat hostia, sed formidabilis quædam expectatio iudicij, & zelus ignis qui deuorabit aduersarios.

Nunc uero illis, de quibus modo cæperat, desertoribus & transfugis Ecclesiæ minatur, ut & hos reuocet & in fide officioq; cōtineat. Ducit autē argumentū à supplicijs, eaq; oibus amplificat modis. Interea uero sciendū eos uoluntarie peccare, qui non ex infirmitate quadam peccant, carnisue succumbunt cupiditatibus, sed qui destinata malitia ueritatem in mendacio detinent: nempe, qui probe norunt, quod nulla alia improbe possit esse hostia pro peccatis, quā unica Christi, interim uero se isti unica adeo non committunt, ut magis aspernentur, itaq; in contemptu Dei impie uiuendo pergunt. Iam uero cum non sit alia, nisi una pro peccatis hostia. Illi autē hanc unicam cōtemnant: certē aliā non inuenient ullā. Petrus enim roganti dño an et ipse unā cū cæteris à se deficere uelit, respondit, Dñe ad quē ibimus? Verba uite æternæ habes: & nos credimus & cognouimus qd' tu es Christus filius Dei uiui. Talibus ergo cōtemptoribus nihil aliud restat, quā formidabilis expectatio iudicij, id est, uindictæ & damnationis, quæ est ignis, & uehemēs & perpetua in impios seuitia. De qua & in proph. & in Paulo 2. Thes. 1.

Voluntas
rie peccare.

Ioan. 6

EXPOSITIO CAP. X.

Hic sanè igni per profopociam tribuit zelum. Pro
fopopocia autem inanimatæ rei tribuit, quod reuera
sensatæ erat.

Qui uiolarit legem Mosi, absq; misericor
dia sub duobus aut tribus meretur testi
bus: quâto putatis peioribus afficietur sup
plicijs, qui filium Dei conculcarit, & fan
guinem testamenti ceu prophanum habue
rit, per quem fuerat sanctificatus, & spiritû
gratiæ contumelia affecerit?

Deut. 17

Comparatione, quæ amplificandi ratio est, effert
multam contemptorum Christi, hoc est, uoluntarie
peccantium, ac dicit, Si absq; ulla miseratione ple
tur is, qui uiolata legis iusto statutoq; conuincitur tes
stimonio: quibus oro supplicijs dignus is esse censebitur,
qui non Mosen aliquem, sed ipsum Dei filium con
culcarit? Atq; hic denuo utitur ea hyperocha, qua usus
est etiam in cap. 6. Quæ enim conculcamus ea nullius
momenti esse ducimus. Conculcant itaq; Christum
qui non in delitijs & inter suprema bona, precium re
demptionis habent: qui sanguinem Christi effusum nō
secus æstimant, quàm si prophanus sit, hoc est, nullius
priuatæ & singularis potentie sit, nihilq; distet à cō
muni uictimarum sanguine, qui sæpius effusus ne tam
quidem efficit quicquam. Aliud enim sacratiusq; de
morte Christi sentiendum, nempe, quod semel facta,
sem

DE VERA FIDE. III

semper satis sit ad diluenda omnia hominum peccata.
Sanctificatus autem dixit, pro sanctificadus κατ' ἐξ
περὶ π. Porro Spiritus gratiæ, est uis diuinæ bonita
tis, quæ se in Christo fidelium maximo bono, infidelium
autem maximo detrimento, exeruit. Est enim illis in re
surrectionem, his uero in ruinam. Quo enim strenui
us omnis gloria uni Christo tribuenda prædicatione
Euangelica traditur: hoc impudentius irritatoriq;
mente illi redemptionis uim conuictijs incessunt, suasq;
ceremonias statuunt.

Nouimus enim eum qui dixit, Meum est
ulcisci, ego rependā, dicit dominus. Et ite
rum, Dominus iudicabit populum suum.
Horrendum est incidere in manus Dei ui
uentis.

Duplici sententia, ex scripturis petita, ostendit quā Vindicta.
ta istos maneant supplicia, qui & ipsum Christū con
temnunt, & Christi studiosos, ueritatis gratia perse
quuntur. Producit autem istas terrificæ præmuntione,
ac dicit, Nouimus eum qui dixit: quod locutionis ge
nus id prorsus pollet, quod Germanis, wir sōltend
dennocht nun dalyme den fennen: cum de eo lo
quuntur, qui aliquot uindictis ac facinoribus nomen su
um orbi terrificum fecit. Vtraq; autem petita est ex
Deut. 32. cap. Sed in posteriore posuit iudicare pro
Vindicare. Et utrāq; pulcherrimo absoluit Epiphone

mate, Horrendum uidelicet esse incidere in manus de uindictam Dei. Nam uere admodum dicit Chrysostomus, Etiam si hostes Dei nunc quidem non recipiant pœnam, postea tamen recepturos: cum Deus semper uiuat. Pios ergo in manus duntaxat hominum incidere, impios uero in manus Dei. Vide Matth. in 10.

Hic uero memores estote superiorum dierum, in quibus illuminati ingens certamen sustinuitis afflictionum: partim quidem, dum & probris & pressuris affecti spectaculo fuistis omnibus: partim dum consortes ita conuersantium facti estis.

Afflictio. Hactenus cõtemptores à perfidia, pœnis & supplicijs deterruit: sed & eos ad fidem uocauit, qui in binitio cõstituti, deliberabant Christiane an Mosis sequerentur castra, hoc est, Christumne unicam recipere hostiam, an Leuiticis herere pergerent: nunc uero apostropham quadam conuertitur ad fideles, qui sese totos Christo dedicarant domino, reliquis omnibus longo interuallo post tergum relictis, cuius rei gratia mire tum quidem ab impijs torquebantur. Hos autem hortatur, ut in fide persistant per patientiam. Et ita ab Anteaclis hortatur, ut Vergilianus Aeneas adstrictos alloquebatur socios:

O socij, neq; enim ignari sumus ante malorum,

O passi grauiora, dabit Deus his quoq; finem.

Ita Paulus quoq; censet eam, quae breuis supersit, molestis

lestiam, nunc quoq; esse uorandam, cum tot tantaq; haec temus superarint pericula. Ea autem in genere primo proponit, & Macrologia quadam Hebraica dicit, Ingens certamen sustinuitis afflictionum, id est, multa perpessi estis mala. Deinde uero ea mala partitione quadam recenset, Siquidem partim grauiora, quadam in proprio (inquit) perpessi estis corpore, nempe, maledictis & conuictis adobrutis, & uarijs pressuris adstricti, adeo ut & spectaculo fueritis omnibus. Fiunt autem spectaculum, qui in theatrum forisq; ceu facinorosi capiteq; plectendi producuntur: itaq; ludibrium & fabula uulgi sunt. Partim uero sensu alieni mali adstricti estis. Nam consortes facti estis eorum, qui propter Christum affliguntur. Solet autem sensus alieni mali nonnunquam pios uehementius excruciare, quam domestici infortunij dolor. Iam sequitur precedentium expositio siue expositio.

Siquidem & afflictionum, quae ex uinculis meis contigerunt, participes fuistis:

Hoc enim exponit posterius proximiusue partitionis membrum. Eius uinculis quidem Pauli plura in postremis Actuum capitibus, in Epist. item ad Eph. Philip. & post. ad Tim. Non poterant autem inter Hebraeos communi pati Paulo, nisi religiosissimi quique.

& direptionem facultatum uestrarum cum gaudio accepistis: scientes uos habere in uobis potiore substantiam in caelis ac manentem.

EXPOSITIO CAP. X.

Direptio
facultū.

Hiscē uero exponit prius illud membrū quo audiuit
mus Hebræos non modo probris, sed pressuris etiā esse
affectos: nunc enim exponit quæ nā ille fuerint pres-
sure, nempe Direptio facultatum. Quibus & illud
consolationis gratia adiecit, Sciens uos habere me-
liorem & permanentiorem in cœlestibus thesaurum.
De quo etiam Christus Matth. 6. Nullam ergo iacturam
fecit, qui amissione temporalium, æterna acquisi-
uit. Ad lucem horum plurimum ea faciunt, quæ idem
apostolus de hac eadem persecutione ad Thessal. hic
scē uerbis scripsit, Vos, fratres, imitatores facti estis
Ecclesiarum Dei, quæ sunt in Iudæa, in Christo Iesu,
quod eadem passi suis & uos à proprijs cōtribulibus,
quemadmodum & ipsi uos à Iudæis: qui ut & dominū
occiderunt Iesum, & proprios prophetas, ita & nos
persecuti sunt, & Deo non placent, & omnibus homi-
nibus aduersantur, & c. 1. Thess. 2. Hæc autem omnia
studiosissime uobis commendo fratres charissimi, qui
per Germaniam & Gallias impiorum tyrannide op-
pressi, conuitijs adobrutī, & patrijs eandem sedibus
pulsī, hoc tantum nomine patimini, quod unico Christi
sacerdotio & sacrificio nitimini, Missam uero, idola,
Diuorum cultum, & papisticam religionem abnegas-
tis. Vobis inquam uolo hæc Paulina esse commenda-
tissima. Vobis illud idem ingemino quod Paulus Hebræis
suis,

Ne

DE VERA FIDE. 113

Ne abieceritis igitur fiduciam uestram,
quæ magnam habet præmij retributionē.

Istis enim nunc absoluitur sensus, & explicatur
quorsum hæc pertineant, quæ de afflictione dixit: nem-
pe, ut in fide persistent, & omnia reliqua aduersa, fide
frangere pergant, quandoquidem tantum malorum
agmen irruperint. Pergant autē *παρρησία*, hoc est, *παρρησία*
libertate credendi, dicendi, & agendi. Est enim fides
Christiana *παρρησία* quedam, admodum leta, ala-
cris & libera. Addit calcar, Nam hæc habet magnā
præmij recompensationem. Nam & ipse Christus
Matth. 5. Beati estis (inquit) cum insectati uos fue-
rint homines, & dixerint omne malum aduersus uos
mentientes propter me. Gaudete & exultate, quoni-
am merces uestra multa est in cœlis. Et apud Marcum
in 3. Quisquis perdidit animam suam (ait) causa
mea & Euangelij, hic seruabit eam. Similia inuenias
& in 10. cap. & apud Ioan. in 12. & 16.

Nam patientia uobis est opus, ut ubi uo-
luntatem Dei peregeritis, reportetis pro-
missionem.

Subsidium fidei est Patientia: de qua apud Lucam
dominus, Per patientiam uestram, possidete animas
uestras. Et alibi legimus, Nemini confertur corona, ni-
si legitime certauerit. Sed de his copiosius in 12. cap.

Ad huc enim perperuillum temporis, &

Q

qui venturus est, veniet, & nō tardabit. Iustus autem fide viuet: & si se subduxerit nō probabitur animo meo.

Quæ dixerat de fide & patientia, nunc confirmat prophético testimonio, quod sumpsit ex Abacuc cap. 2. Est autē sensus, Aliquousq; durandū esse in aduersitatibus. Breui enim certoq; affuturum redemptorē: interea uero fide præstolandum esse: fidem enim uitam esse fidelium, uictoriam mundi, & unicum animæ in aduersis remediū. A qua si qui per desperationem in cruce defecerint, eos demum prorsus displicere Deo. Nā sine fide impossibile est quenquam placere Deo.

At nos non sumus qui subducamus nos in perditionem, sed ad fidem pertinemus in acquisitionem animæ.

Mitigatio est superiorum. Verum absit (ait) ut nos ab ea fide deficiamus quam didicimus ueram esse & salutiferam. Atq; hinc iam progreditur ad fidei preconium.

CAP. XI Est autem fides sperandarum rerum substantia: argumentum eorum quæ non uidentur.

Scopus
præsentii.

Principio autem docet quid sit fides, quanta uirtus fidei, quod fide omnes ab exordio mundi Sancti patres Deum coluerint, eaq; Deo placuerint, mundū item fide uicerint, fide quoq; iustificati sint. Fidem er-

go

gouerum esse cultum, ueram religionem & iusticiam. Id quod infinitis demonstrat exemplis, à primo homine iusto, usq; ad ipsa penè tempora Christi, repetitis. Quibus interim omnibus hæc duo maxime uidetur spectasse. Primū, Quandoquidem summa religionis Christianæ in unicam (ut audiuimus) fidem innitebatur, istis nimirum uoluit uirtutem fidei commendationem facere, eosq; ad fidem maiorum exemplis trahere, quos hæctenus rationibus euincere non potuit. Secundum, Cum Christiani, fidei nomine, multis afficerentur malis, ipsos haud dubie præsentibus confirmare uoluit, ut intrepide in eo pergerent itinere per fidem & patientiam, quo uideant omnes ab exordio mundi sanctos, ad cœlestia contendisse. Huc enim post multam tandem expositionem defertur, ut in 12. cap. inferat, Proinde nos quoq; cum tanta, &c. Potuit & illud spectasse Paulus, quod Hebræi pro ceremonijs suis (ut & nostri) subinde allegabant patres & fidem ueterē: quorū opinionem stultā & falsam hinc uoluerit cōfutare, ediuerso autē Euangelicam fidē, quam illi cœu nouam aspernabantur, exemplis, fideq; Patrum propugnare. Ut idem penè argumenti hic tractarit Paulus, quod Stephanus in Actis, qui satis prolixa oratione Iudeis exempla cū fidei tum ceremoniarum proponit: quibus probat, quod fides ante latam legem, & à lege promulgata, non ceremoniarum, à Deo

Oratio
Stephani
Acto. 7

Q 2

EXPOSITIO CAP. XI.

præcepta quæ sita q; sit. Est autem ea oratio Stephani, admodum elegans, ardens, prorsusq; absoluta. Id quod satis subiuncta conuincit Catastrophe, Duri ceruice & incircum. &c. Hæc autem hætenus per exemplū, de consilio apostoli: nunc de eo commentabimur quid sit fides.

Quid sit fides.

Fides (inquit) est substantia rerum sperandarū. Quo quid poterat dici breuius qd argutius & exactius: Essentialis enim finitio est, constans (si illud forsitan quis requirat) genere & differentia. Substantia enim genus est, Res speranda, differentia. Quod autem protinus sequitur, Argumentum eorum quæ non uidentur, per interpretationem subiicitur, Substantia uidelicet significari argumentum: & sperandas res, res esse inuisibiles. De quibus nos sigillatim ista Lectori proponimus expendenda. Fides (inquit) est ὑπόστασις, id est, substantia, ὑπόστασις enim dixit subsistentiam, certitudinem, & id cui tuto inmitimur & infallibiliter fulcimur. Sunt qui expectationem exposuerunt. Heluetij certe diceremus, der gloub ist ein sicher/gewiß/beständig vñnd wäsenlich vereruwent. Nunc enim per interpretationem sequitur, Fides est argumentum, ἔλεγχος enim argumentum est. Non equidem tale, quale finit Fabius, Argumentum esse rem quæ alterius probationi adhibeatur: sed argumentum, certum inditium est, experimentum, & cognitio

DE VERA FIDE.

115

certa, & adeo certa, ut de cogniti natura nihil prorsus dubitemus, quippe ipsa ueritate sic conuicti, ut nihil supersit, quod impediatur, ein eygenlichs wüßsen vñnd grunlichs ergryffen. ἔλεγχος enim est cōuincere, & causam aliquam sic protrahere, ut reo nihil supersit, quo se tueatur. Sic enim ipse Christus hoc uerbo usus est, de spiritu sancto in Euangelio loquens, ἔλεξα τὸ πῶς μου, quod Latinus uertit Argu et mundum, hoc est, protrahet in lucem & euincet. Et in s. cap. Ioan. de semetipso dicit Christus, τὸς ἔξ ὑμῶν ἔλεγχε με περὶ ἀμαρτίας: Quis ex uobis uerzugē. Et Paulus ad Titum, conuincet me peccati errorisue? Et Paulus ad Titum, Oportet (inquit) Episcopum ita eruditum esse, ut possit τοὺς ἀντιλέγοντας ἔλεγχειν, id est, contradicentes conuincere. Rectissime ergo Chrysostomi interpretes, quod nos argumentum, ipse conuictionem uertit. Ipseq; Chrysostomus commode, O quam mirabili (inquit) uerbo usus est, dicens, Conuictio eorum quæ non uidentur. Conuictio enim est in rebus admodum manifestis. Fides igitur uisio est non apparentium: ceterum ad eam satisfactionem ducit, ad quam inducunt ea, quæ coram uidentur. Hæc ille. Est itaq; fides non uulgaris quædam cognitio, qua expositioni aut argumentationi alicui fidem damus, credimusq;: sed substantialis quædam fiducia & cognitio est, hoc est, firmā, certa, persuasa & indubitata, cui inmitimur & tua

to fulcitur, quæ & uitalis & salutaris est. His autem excludimus omnem credulitatem & opinionem, ut hic non nisi constantissima & compertissima diuinaque sint omnia, quorum uideamur et conseruabimur. Hinc enim pertinent iam ea, quæ diximus de Ancora in cap. 6. & quæ audiimus in 10. de confessione spei non uacillante: & quod ibidem dixit, Accedamus ὡς ἡμεῖς πορῆα τῆς πίστεως, id est, in certitudine fidei: hoc est, per indubitata fidem. Nam ὡς ἡμεῖς πορῆα est plenissime & compertissime res scire: unde ὡς ἡμεῖς πορῆα mentis dicitur certitudo & indubitata persuasio, puta cum certis argumentis fides facta est, ut nihil amplius desideremus. Verum in ipso nunc Paulo audiemus qualis sit ea animi certitudo, & cui innitatur. Sequitur enim, Fides est substantia rerum sperandarum. Igitur fides non est quarumuis rerum, sed sperandarum. Videndum ergo quid intellexerit per res sperandas. Vtique inuisibiles. Nam posteriori membro mox per interpretationem, sequitur, Fides est argumentum eorum quæ non uidentur. Sed hoc æque obscurum est, atque illud. Nam si fides omnium earum rerum est quæ non uidentur, iam ex quolibet fiet quodlibet: ipseque lapidem præbebo & aurum inprebuisse asseram. Id si negaueris probabo, Credo oportet, & aurum erit. Nam etsi coram lapidis cernas speciem, fidei tamen uirtute aurum latiat, ut nunc lapis aurum sit, Fides enim est rerum inuisibilium. At

Fides est rerum sperandarum & inuisibilium.

quis

quis tam stupidus, qui stropham non sentiat? Aliud itaque intellexit Paulus, nimirum per inuisibilia, periphrastice quadam significans, æterna & diuina, adeoque ipsum Deum, qui est inuisibilis, uerus, bonus, sapiens, omnipotens, & Schaddai, in quo res nostræ consistunt, & in quo omnis fortuna, expectatio & spes nostra sita est. Nam in hoc ipso cap. mox sequetur, Per fidem reliquit Moses Aegyptum, nihil ueritus ferotiam regis. Perinde enim quasi uidisset eum qui est inuisibilis, ita obdurauit. En habes in hoc clarissimum exemplum quid sit fides, & quæ illa inuisibilia. Item ad Romanos 1. Illud (inquit) quod de Deo cognosci potest Genitibus manifestauit Deus. Siquidem inuisibilia illius, ipsa inquam æterna eius potentia & diuinitas, cum ex creatione mundi, tum ex actibus operibusque eius intelliguntur. Proinde illa inuisibilia in quæ innititur fides, æterna sunt, adeoque ipse Deus est, qui fidei obiectum est. Nam fides uera in nullam rem uisibilem & corpoream innititur, sed in unicum Deum qui est spes nostra 1. Tim. 1. Hebr. 6. qui honorum copiam est, salus & uita fidelium. Rectissime ergo dixit Paulus fidem non esse sensum aut credulitatem quarumuis rerum, sed substantiam rerum sperandarum & inuisibilium. Nam ad Romanos 8. adhuc clarius dicit Apostolus, Spe seruati sumus. Porro si spes uideatur non est spes, Quod enim quis cernit, cur idem speret? Quæ ergo sperantur non sunt præsen-

Obiectum fidei.

EXPOSITIO CAP. XI.

tia, sed futura & aeterna. Apostolus enim Videre pro ipso sensu posuit, quo sensibus corporeis corporaliter rem experimur. Et Spem in secundo membro pro ipsa re posuit, quae speratur: ut sit sensus, Certa quidem salus est, quae per Christum parta est, sed spe nobis in hac uita expectanda. Si enim id iam adesset quod speramus, quomodo rem praesentem sperare expectare uide possemus? Spes itaque est expectatio uitae melioris & futurae. Et proinde Res sperandae hoc quoque loco spirituales sunt aeternae & futurae. Ut nunc ipsa fides non nitatur rebus uisibilibus & corporeis, sed inuisibilibus & futuris, aeternis ac diuinis, hoc est, ipsi Deo omnium bonorum thesauro absolutissimo, qui nullis corporalibus percipitur sensibus: sed solo spiritu, solaque mente & anima. Ex quibus etiam discimus, cur Christus subinde dixerit apud Ioannem, Qui credit in me, non credit in me, sed in eum qui misit me. Nam pura caro Christi non est obiectum fidei nostrae: sed gratiae pi gnus, & declaratio diuinæ bonitatis & iusticiae. Ipse uero Christus, quatenus unus est cum patre Deus uerus, salus nostra & fidei nostrae obiectum est. Ut nunc in Iesum Christum, non ut hominem purum, sed etiam Deum uerum credamus, qui carnem humanam sibi propter redemptionis, expiationisque dispensationem inseparabiliter copulauit: adeo ut nisi uerus Deus & homo esset, salus & redemptio nostra esse non posset.

Fides in
Christum,

Nisi

DE VERA FIDE. 117

Nisi enim Deus fuisset, neque saluare neque fidei obiectum esse potuisset. Nisi uero homo fuisset, nihil habuisset quod pro satisfactione peccatorum nostrorum offerre potuisset. His denique illorum dogma dissoluitur, qui huius Fidei finitionis falsa intelligentia delusi, doceant, Verum & naturale corpus Christi, fidei uirtute, carnaliter & corporaliter & tamen ineffabiliter in pane manducari. Sed haec obiter.

Ceterum cum ista sic habeant, consequitur hunc esse huius finitionis genuinum sensum, Fides est constantissima mentis certitudo, quae in eas res immititur, in quas omnis spes nostra dirigitur: nempe certissima cognitio rerum inuisibilium & aeternarum, id est, salutaris expectatio deprehensioque salutis & uere beati Dei, qui omnis boni fons inexhaustus est. Talis autem fides non est ex carne & sanguine, sed ex solo Deo, qui spiritu suo sancto & uerbo scripturae diuinae, nostras transformat & illuminat mentes, ut prorsus diuina quadam metamorphosi transformati, alij prorsus homines simus, toti nunc ab hoc uno Deo pendeamus, oia ab hoc uno petamus, unicum colamus, omnia pro eo contemnamus: breuiter, haec fides facit, ut totos nos ad Dei tam sancti, iusti & boni uoluntatem componamus, nusquam ab eo deficiamus, Nam Paulus, In omnibus (inquit) superamus per eum qui dilexit nos. Certus enim sum, quod neque mors, neque uita, neque principia

Vide.

25

EXPOSITIO CAP. XI.

tus, neq; potestates, neq; instantia, neq; futura, neq; ul-
la creatura alia, poterit nos separare à dilectione Dei;
quæ est in Christo Iesu domino nostro. Hæc ergo illa
uera sanctorum hominum Dei fides est, De qua pluri-
ma nunc producet exempla: quibus tamen duo quæ-
dam præmittit. Primum.

Per hanc enim testimonium meruerunt
Veteres.

Fides uera
religio.

Hæc ueluti summa omnium est. Hæc fide (ait) pla-
cuerunt ueteres sancti Deo. Nam testimonium mere-
ri, posuit pro placere & probari Deo. Fide ergo ser-
uierunt Deo, fide coram Deo iustificati sunt, & pro-
inde in fide consistit uera religio. Secundum.

Fide intelligimus condita esse sæcula uer-
bo Dei, & quod ex non apparentibus ea fa-
cta sint, quæ nunc uidemus.

Fides uera
sapientia.

Multo quidem labore (ut in Placitis Plutarchi, Ari-
stotile de Cælo & mundo, Plinio quoq; & Cælio ui-
dere est) indagari Philosopherum principia, &
an mundus finitus sit, an infinitus, pluresne an unus sit
mundus. At tanta est fidei uis & dignitas, ut una per-
fectissime tradat, quod illi, omni aliis instructi sapien-
tia, assequi non potuerunt, unum uidelicet Deum au-
thorem esse istorum omnium, qui ineffabili suo uerbo
uirtute & potentia ex nihilo condiderit uniuersa quæ
nunc quidem uidemus, inuisibilia etiam angelos &
spir

DE VERA FIDE. 118

spiritus, Fides enim tam magnifice de Deo sentit, ut
hæc parua illi sint, quæ Moses tradidit de creatione
mundi. Ex quibus liquet Fidem ueram esse sapien-
tiam. Iam sequuntur exempla, quæ perstringemus tan-
tum.

Per fidem ueriores hostiam Abel ob- Abel.
tulit Deo, quàm Caim, per quam testimo-
nium meruit quod esset iustus, testimoniū
perhibente de donarijs illius Deo, & per
hanc mortuus adhuc loquitur.

Hoc exemplo discimus uerum Dei cultū non cōsta-
re externis, hostijs, donarijs, & ceremonijs, sed solida
& sincera fide. Nam si externa respicias, Caim non
minus obtulit hostiam Deo, quàm Abel. Sed Caim fidē
non habebat, itaq; illud quod offerebat, ingrātū erat
Deo. Nam quicquid non est ex fide, peccatum est. Fide
ergo cōstat uera religio. Fide iustificatus est Abel,
& nō sacrificio. Per fidē enim (ait Apost.) testimoniū
meruit, quod esset iustus. Siquidē opera nō iustificant,
fides tantum iustificat. Operibus tamen per cōmuni-
cationem nonnunquam tribuitur, quod re uera fidei
erat: nihilominus sola fides est iusticia: quanquam fi-
des sine operibus mortua sit. Nam & hic uidemus
Deum testimonium perhibere de donarijs Abel.
Quod autem sequitur, Et per hanc mortuus adhuc lo-
quitur: ijs insignem fidei uim descripsit, Fide uidelicet

EXPOSITIO CAP. XI.

parari immortalitatem. Dixit enim Adhuc loquitur pro eo quod est, Adhuc uiuit, secundum animam proculdubio: nam corpus iam olim computruerat. Etenim omnes sancti Dei martyres, qui ueritatis nomine caesi sunt, apud Deum uiuunt. Moriuntur quidem carne, sed uiuunt apud Deum spiritu. Huc uero pertinet illud Christi, Qui perdiderit animam suam, in aeterna uita inueniet eam. Et illud, Amen amen dico uobis, qui sermonem meum audit, & credit in eum qui misit me, habet uitam aeternam: & in iudicium non ueniet, sed transiuit de morte ad uitam. Historiam Abel lege Genes. 4.

Enoch. Per fidem Enoch fuit translatus ne uideret mortem, nec fuit inuentus, propterea quod transfulerat eum Deus.

Superiori exemplo docuit Fide parari animae immortalitatem, hoc autem demonstrat Fide constare etiam corporum resurrectionem. Totus enim Enoch anima & corpore sublatus est, totus itaque seruatus est. Historiam lege Gen. 5.

Priusquam enim transferretur testimonium meruerat quod placuisset Deo. Atqui sine fide fieri non potest, ut quisquam illi placeat.

Ne quis putaret tanta aliunde cōtigisse Enoch quam per fidem, probat fide sublatus esse Enoch. Probatio aut

DE VERA FIDE 119

autem constat hoc syllogismo, Quicumque Deo placent, fide placent. Sine fide enim impossibile est quengquam placere Deo. Enoch autem placuit Deo. Priusquam enim transferretur testimonium habuit quod placuisset Deo. Enoch itaque credidit, fideque immortalitatem consequutus est. Tu interim, amice Lector, hanc sententiam SINE FIDE IMPOSSIBILE EST QUENQUAM PLACERE DEO, imis reatonde sensibus, & confer ei historias Euangelicas.

Nam qui accedit ad Deum, hunc credere oportet esse Deum, & esse remuneratorem quarentibus se.

Alia probatio est, quod Enoch nulla alia re, praeterquam fide sublatus sit. Est autem sensus expositus, Accedentem ad Deum oportet credere. Accessit autem Enoch ad Deum, igitur Enoch credidit. Obiter autem perstringit summa fidei capita, quibus pia mens nititur: nempe, Esse Deum, & Remuneratorem esse. Prima enim in re quauis questio est An sit: proxima uero Quid uel quale sit. Hic uero Diagoras Milesius, Theodoros Cyrenesis, Eumerus Tegeates Deos prorsus nullos esse censuerunt: sed & propheta, Dixit insipiens (inquit) in corde suo, non est Deus. Contra uero ipsa ueritas & fides suadet, imò certo nouit esse Deum, neque esse solum, sed & remuneratorem esse quarentibus se. Remuneratorem autem dixit apostolus benignum,

Capita fidei dei.

EXPOSITIO CAP. XI.

omniscium, bonū, omnipotentem, & supremū bonum. Talis enim sit necesse est qui uelit omnium quærentiū esse remunerator. Itaq; uera fides non tantum credit esse Deū, sed illū Deū suū esse Deū credit, qui credenti bene uelit, illudq; sit copię cornu, in quo affatim habeat, quicquid desideret. Et hæc fuit præclara illa nō modo Enoch, sed omnium ueterum fides religioq;.

Noë. Per fidem admonitus oraculo Noë, ea quæ nondum uidebantur veritus, apparauit arcam ad salutem domus suę, per quā arcam condemnauit mundū, & eius, quæ ex fide est, iusticiæ, factus est hæres.

Impij contemnunt cum admonitiones tum minas Dei, quia potentiam, iusticiam, & ueritatem eius nesciunt. Fides autem quæ uera est cognitio Dei, expectatio & deprehensio certa, uerbis Dei credit, & res suas ad uerbi Dei regulā componit. Hinc Noë cū uere Deo fideret, oraculo Dei admonitus, arcam apparauit. Nam etiamsi nihil tale tum quidem experiretur, quale futurum dixerat Deus, ipse tamen iustū & ueracem sciens Deū, futura ceu presentia extimuit, & res suas ad præscriptum uerbi Dei composuit. Hac itaq; fide sua seruatus est. Est ergo fidei seruare in aduersis, ipsa item aduersa præuidere, imò ipsa etiam præuenire. Illud uero in primis obseruandum quod dixit Noë eius iusticiæ factum esse heredem, quæ ex fide sit: isto enim

pal

DE VERA FIDE. 120

palam significauit Fidem ueram esse coram Deo iusticiam. Iudicare aut, quod Latinus uertit condemnare, posuit Paulus pro testificari & conuincere siue arguere. Cum enim periret mundus, Noë autem seruetur arca, impij fide & arca Noë, ceu certissimis testibus cōiuncti, uidebant se dignas incredulitatis & cōtemptus luere pœnas. Hoc sensu dicit etiā Christus futurum ut Niniuitæ iudicaturi sint populū Israël. Alias enim satis constat solū Dei filium constitutum esse uersorum iudicem. De Noë lege Gen. 6.

Matth. 12.

Per fidem appellatus Abraham, obediēt, ut exiret in locum quē accepturus erat in hæreditatem, & exiuit nesciens quò esset uenturus.

Abraham.

Plura nunc sequentur elegantia exempla de clara fide patris nostri Abrahamæ. Primū aut sumpsit ex Gen. cap. 12. Nihil aut dulcius homini patria, domo, cognatis & amicis. Nihil cōtra erummosius, quàm exulē esse incertisq; uagare sedibus. At tanta est fidei uirtus, ut fidelis Abraham protinus atq; à Deo patrijs euocaretur sedibus incontanter & alacri animo exiliret, uocantemq; sequeretur, iuxta carnem nesciens quò duceretur. Pluris enim æstimabat illius promissionem & amicitiam, quàm uniuersam suam substantiam omnesq; in orbe delicias. Omnia enim præ hoc Deo contemnebat. Porro hoc exemplum probe quadrabat

EXPOSITIO CAP. XI.

temporibus Pauli, quibus plurimi (ut in 10. audiuiimus) fidei nomine, patria pellebantur in exilium. Sed augustiora sunt quæ sequuntur.

Fide commoratus est in terra promissa, tanquã in aliena, & habitabat in tentorijs cū Isaac & Iacob coheredibus eiusdem promissionis. Expectabat enim habentem fundamenta ciuitatem, cuius opifex & conditor Deus est.

Isis enim uere tandem & proprie ob oculos ponit, quid fides, quã constans subsistentia & patiens expectatio sit. Haud enim adeò magni pendendũ erat, quod Abraham splendidis euocatus Dei pollicitationibus patrias deseruerat sedes. Illud uero arduũ & rarum, quod in eum quem expectauerat locum deueniens, nihil solidi certius comperit: unde indignatio quedam suppullulascere potuerat. At nihil eiusmodi in sancto Dei uiro Abraham comperias. Non enim respensat Deo, non murmurat, non contemnit promissionem, eo quod in pollicita terra sub tentorijs agere, cū incolis Philistæis subinde conflictari, & nullis non aduersis exerceri cogeret: sed à terrenis auertit animum pium, & omnem spem suam in æterna & inuisibilia figit, expectans coelestia, qui ipsa re didicerat terrena ceu fluida & mutabilia prorsus esse uiro fortis aspernenda. De qua re paulo post plura.

Per

DE VERA FIDE. 121

Per fidem & ipsa Sara uim ad concipiendum ac retinendum semen accepit, & præter ætatis rationem peperit, quod fidelem iudicaret eũ qui promiserat. Quapropter & ex vno prognati sunt posteri, eorũ iam annis effceto, tanto numero quanto sunt stellæ cœli & uelut arena quæ est in littore maris innumerabilis.

Sara.

Hæc legere est Gen. 21. Maxima autem fidei uis et laus est, quod ibi tandem fidei uirtus nullo operatur negotio, ubi semel cessauit omnis naturæ operatio. Quamquam omnis uirtus proprie sit operantis Dei: ut clare liquet in exemplo Elisabeth, de quo Luce 1. Quod hic subiecit Quapropter & ex uno, & c. ad amplificationem pertinet. Voluit enim eximias fidei opes ostentare, ut ipsa fidei gloria & nobilitate, auditorum mentes ad fidem pelliceret. Plura lege ad Rom 4.

Iuxta fidem mortui sunt hi omnes, cum non accepissent promissiones, sed procul eas uidissent & credidissent salutassentque & confessi fuissent se hospites atque aduenas esse in terra. Nam hæc qui dicunt, declarant se patriam inquirere. Et si illius quidem memores fuissent, unde fuerant profecti, habebant oportunitatem reuertendi. Nunc autem meliorem expectant, hoc est, coelestem. Qua-

Patriar-
chæ.

R

propter nō erubescit ipse Deus vocari Deus illorum, parauerat enim illis ciuitatem.

Veluti summa colligit omnium patriarcharum fidem. Patres (inquit) terrā promissam uere nunquā possederunt: sed quemadmodum ij qui eminus rem uident, gustum tantum rei uise habent: & qui hominens salutant, tantummodo nosce cœperunt, ita illi in terra promissa ueluti hospites & peregrini fuerunt. Nihilominus non murmurarunt aduersus dominum: sed in fide perstiterunt, & in fide certaq; expectatione defuncti sunt, meliorem credentes ipsis terram esse à Deo paratam. Hic enim à carnalibus ad spiritualia deflectit apostolus: & quandoquidem paulò ante cœperat demonstrare Abrahamæ adeoq; omnium ueterum fidem, non in uisibilia & terrena, sed in inuisibilia & cœlestia fuisse fixam: aliam enim eos terram aliamq; ciuitatem expectasse: nunc quidem id copiosius & planius exponit, & ad hunc modū ratiocinatur, Qui fatentur se hospites esse, ij fatentur se aliam habere patriam, quā ea sit, in qua uersantur. Patriarchæ autem confessi sunt se esse hospites: ergo aliam sperarunt patriam, quā ea fuerit, in qua agebant. Iam sequitur confirmatio, Nam eam terram in qua erant, quomodo obsecro patriam credere poterant, cum dicerent se esse hospites? An uero quisquam in adibus suis & patrio solo agens, dicit se hospitem esse? Sed

& eam terram unde digressi erant, si patriam suam putassent, sanè non deerat redeundi oportunitas. Cū ergo neq; Chaldaea, è qua egressi erant, neq; Chanaanæa, in qua agebant, illa patriarcharum fuerit patria, consequens est patriarchas nullam expectasse terrenam patriam, sed cœlestē: atq; ita Deum coluisse patris loco, cœlumq; expectasse patriam. Vnde ipse etiam Deus illos in filios & ciues suscepit, & illorum Deus uocatus sit. Ex quibus iam constat, Sola fide coli Deum, fideq; iustificari orbem.

Per fidem obtulit Abraham Isaac, cū tentaretur, & unigenitum obtulit, in quo promissiones acceperat, ad quem dictum fuerat, In Isaac uocabitur tibi semen, cum illud secum perpendisset, Deum uel à mortuis excitare posse, unde illum etiam resurrectionis typo reduxit.

Admirabile & raram Abrahamæ fidem nūre exaggerat. Siquidem cū illud secū expendere potuisset, Vnigenitus est, quē si mactaueris, mendacem feceris Deū, qui in hoc tibi posteritatem pollicitus est: sed nihil tale ad mittebat fides, quā potius illud ingerebat, Deum quæ eadem filij præceperat, uiuum esse & omnipotentem, mortuum itaq; uitæ restituere posse. Quo loco iterum uidere est quanta sit uirtus fidei, & quomodo inuisibilibus nitatur. Quod autem Latinus interpres uertit,

Gen. 22

Vnde illum etiam resurrectionis typo reduxit, per spicuitatis gratia sic uertit. Nam in Græca ueritate non est, nisi, Vnde illum et in similitudine reduxit. Sentit autem Isaac typum gessisse Christi, qui oblatus pro peccatis nostris tertia die reuixit.

Isaac.
Iacob.
Ioseph.

Per fidem de futuris benedixit Isaac filio Iacob & Esau. Per fidem Iacob moriens, singulis filiis Ioseph benedixit, & adorauit fastigium uirgæ illius. Per fidem Ioseph moriens de egressione filiorum Israël meminit, de quibus ossibus suis mandauit.

De his omnibus copiosissime scripsit Moses Gen. 27. 43. & 50. cap. Benedictio autem de futuris in signe argumentum fidei fuit. Nisi enim credidissent Deum esse adeoq; et omnis boni inexhaustum fontem esse, benignum et munificum, certe nunquam prospera posteris imprecati fuissent, quæ non ipsis conferebantur præscriptis uerbis, sed à diuina tandem miseratione expectanda erant. Ita præceptum Ioseph de transferendis ossibus certissimum argumentum fuit, quod Deo promittenti liberationem ex Aegypto indubitata fide adhaerit. Nemo autem miretur quod in secundo exemplo secus legit apostolus quam in Hebræo habeatur. Hic enim legit, Adorauit ad fastigium uirgæ illius. Hebræus autem habet, Adorauit ad lectuli caput. Nam מטה ambiguū est, et lectum et uirgam significans.

Mal

Maluit autem Paulus posteriore uti, ut suo adaptaret negotio. Voluit enim adumbrare quod fides Iacob etiam ad regnum Christi penetrarit, Id quod et Erasmus istis expressit uerbis, Sed longius etiam prospiciet bat senis fides, cum exosculans summam uirgam filij Ioseph, ueneretur Christum omnibus imperatorum, cuius ille delatus ac proditus à fratribus imaginem gesserat. Quod uero superstitiosum tumulandi ritum attinet, quem multi exemplo Iosephi confirmant, istis dilu- it Chrysostomus, Quid autem dic mihi? Num ipsius Mo- sis ossa, Aaron, Danielis et Jeremie, nonne in peregrinis iacent? Apostolorum aut plurimorum ossa uescimus uel ubi iaceant, Petri et Pauli quidem et Ioan- nis et Thomæ manifesta sunt sepulchra. Aliorum ue- ro, cum tanti sint, minime cognitum est ubi sint. Nihil igitur pro hac re lugeamus. Vbiq; enim sepeli- mur domini est terra est plenitudo eius, scilicet quod oportet fieri efficitur, et c.

Sepultura

Per fidem cum natus esset Moses, occul- tatus est menses tres à parentibus suis, pro- pterea quod uiderent elegantem puellum, nec ueriti sunt edictum regis.

Moses.

Fide parentum, bono publico, seruatus est Moses. Nisi autem parentes eius diuine providentiæ confisi, augustius quippiam de Deo inuisibili sensissent, quam de Aegyptij regis potentia, certe infantem neq; ab-

scandissent, neq; aquæ commississent. Historiam le-
ge Exodi 2.

Per fidem Moses iam grandis renuit vo-
cari filius filiæ Pharaonis, potius eligens si-
mul malis affici cum populo Dei, quàm tē-
porarijs peccati cōmodis frui, maiores ar-
bitratus diuitias probrum Christi, quàm
Aegyptiorum thesauros. Respectum enim
habebat remunerationis.

Quadrabat hoc quoq; exemplum præ ceteris Pau-
li temporibus, quibus magna fidelium pars malebat cū
Christo exulari, quàm in errore & impietate frui de-
litijs. Significauer ergo dixit, Mosē maiores arbi-
tratum diuitias probrū Christi, quàm Aegyptiorum
thesauros. Nam probrū Christi uocauit uitam erum-
nis plenam, conuitijsq; pessimorum hominum obiectā,
qualem in hisce terris (quem spiritu uidit Moses) egit
Christus, specimen exhibens omnibus cultoribus suis.
De quibus & Paulus ad Timotheum, Omnes (inquit)
qui pie uolunt uiuere in Christo, persecutionem pati-
antur oportet. Temporaria autē peccati commoda bre-
uem illam uoluptatem dixit, quæ impios concomitari
solet. Ea breuissima cum sit, temporariam uocauit. Nā
& ipse Christus, Hac nocte (inquit) animam tuam abs-
te repetent: hæc autem cui parasit? Luc. 12. Et Matth.
26. Quid profuerit homini si totū mundum lucratus
fuer

fuerit, animæ uero iacturam fecerit? Prudenter itaq;
Moses respectum habuit remunerationis, id est, oculos
in remuneratorem fixit Deum. De quo paulò ante.

Per fidem reliquit Aegyptum, haud ve-
ritus ferotiam regis. Perinde enim quasi vi-
disset eū, qui est inuisibilis, ita obdurauit.
Per fidem fecit pascha & effusionem san-
guinis, ne is qui perimebat primogenita
tangeret ipsos. Per fidem transierunt ru-
brum mare, ueluti per siccam terrā, quod
cum tentassent Aegyptij absorpti sunt.

Supra modum uiua & elegantia exempla fidei
sunt, hoc etiam euidentiora, quò sunt clariora. Nam si
hæc superioribus conseras, ipsaq; Mosi uerba Exodi
22. 13. & 14. adhibeas, sed & statum, in quem finem o-
mnia dicantur obserues, iam nulla supererit difficul-
tas. In hoc autem dicuntur omnia, ut intelligamus quæ
sit fidei uirtus, &c.

Per fidem conciderunt mœnia Iericho
circundata ad dies septem. Per fidem Raab

Raab.

meretrix non perijt unā cum ijs qui non
obedierant, cum excepisset hospitio explo-
ratores pacifice.

Ea citra controuersiam admirabilis uirtus est, quæ
munitissima quæq; diruit. Non est autem sapientia,
nullum consilium, aut ulla fortitudo contra dominum.

EXPOSITIO CAP. XI.

Vide Iosue 6. Et de Raab Iosue 2. & comperies non æquandam mulieris fidem.

Et quid præterea loquor? Deficient enim me tempus cõmemorantem de Gedeone, de Barac, & Sansone, & Hiephtæ, nec non Dauide & Samuele ac prophetis.

Hactenus pulchra & digesta enumeratione potissima summorum uirorum recensuit exempla, nunc in genere plurimorum commiscet. De Gedeone autem lege Iud. 7. De Barac Iud. 4. De Sansone Iud. 14. De Hiephtæ Iud. 11. De Dauide 1. Sam. 17. De Samuele 1. Sam. 12. Ceterum ipse apostolus nunc plura alia subijcit.

Qui per fidem expugnauerunt regna, operati sunt iusticiam, adepti sunt promissiones, occluserunt ora leonum, extinxerunt uim ignis, effugerunt acies gladij, conualuerunt de infirmitate, effecti sunt robusti in prælio, impressiones auerterunt exterorum.

Virtus
fidei.

Quid obsecro maius, dignius, admirabilius de fide dici poterat? Regna autem præter ceteros expugnauerunt Iosue & Dauid belli duces fortissimi. Iosue 12. 2. Reg. 3. 1. Paralip. 20. Iusticiam autem & iudiciũ operati sunt Samuel cum omni Israël, & Dauid cum rege Saul. Promissam terram assecuti sunt Iosue & Dauid,

ut

DE VERA FIDE. 125

ut supra est annotatũ. Sanson porro Dauid & Daniel occluserunt ora leonũ, Iud. 14. 1. Reg. 17. Danielis 6. Sed Aaron & tres illi apud Danielem pueri extinxerunt uim ignis, Numeri 16. & Danielis 3. Et Helias quidem unã cum alijs nonnullis prophetis effugit aciem gladij, hoc est, acutum gladium, ne capite plecteretur sub Iezabel 3. Reg. 19. Ezechias autem Dauidq; de infirmitate maxima cõualuerunt, Isaie 38. & Psal. 6. Item Sangar Sanson & fortes Dauid in prælio robusti effecti sunt, Iudicum 3. 15. 1. Paral. 11. Ceterum Ionathas, Asa, & Iosaphat impressiones hostium auertere à ciuibus. 1. Reg. 14. 2. Paral. 14. & 20. cap.

Mulieres acceperunt ex resurrectione mortuos suos.

Schema loquendi hoc potest, Mulieribus iterum ad uiuos redierunt, qui fuerant mortui. Tale enim legitur de filio Sunamitidis, quem fide in Deum Elizeus ad superos reuocauit 4. Reg. 4.

Alij uero distenti sunt, aspernati redemptionem, ut meliorem resurrectionem fortirentur.

Ieremias enim tympani in morem distentus est. Ierem. 20. Sed spe melioris uitæ, præsentem contempsit. Vsurpauit enim Paulus resurrectionem pro uita semper cõsistente, sicut & Christus Ioan. 5. Resurgem (inquit) in resurrectionem uitæ, id est, ut semper uiuant.

Resurrexio.

R 5

Alij rursus ludibrijs & flagris explorati sunt, insuper & uinculis & carcere, lapidati sunt, dissecti sunt, tentati sunt, occisione gladij occubuerunt,

Ludibrijs & flagris uexati sunt complures prophete, uinculis quoq; & carceribus puniti, Helias, Micheas, & ceteri. Lapidabatur Zacharias filius Ioiaide, & Naboth uirorum innocentissimus. De Isaiâ referunt ueteres, quod serra sub Manasse sectus occubuerit. Multos item sacerdotes & prophetas, & Saul & Iezabel gladio occidit.

oberrarunt in ouillis & caprinis pelli- bus, destituti, pressi, afflicti, quibus indignus erat mundus, in desertis errantes, & montibus ac speluncis & cauernis terræ.

Per ouillas & caprinas pelles, uestes intellexit laceras, reiectitas & usibus humanis minime accomodas, imò ferinas uestes. *ὁσπερ οὐκ ἐνδύσῃ* aut dixit, destitutos omnire necessaria, cibo & potu, pressos propter undiq; imminentem tyrannorū seuitiā. Afflictos aut propter excruciantes curas, animi perturbationes & terrores. Addit ipsos in desertis oberrasse, hoc est, exules patria & edibus, in morem ferarum, in syluis ferarumq; lustris latitasse. Mira ergo breuitate omnia penè humani generis incōmoda recensuit, iisdemq; ostendit fideles à Deo non modo morte non potuisse auelli, sed

Vide.

sed ne exilio quidem & miseria, quæ morte durior est: maximam itaq; fidei esse uirtutem.

Atq; omnes hi testimonium promeriti per fidem, non acceperunt promissionem, quod Deus de nobis melius quiddam pro uiderat, ne sine nobis consummarentur.

Clausula est superiorum, Quasi diceret, Et hætenus Illatio. quidē exempla adduximus, quibus instructi uidemus ueteres oēs fide esse probatos. Nā istis hoc negotium cœperat, Per fidem testimonium meruerunt seniores, ideoq; idē repetendo disputationem de fide concludit. Quod aut addit ueteres promissionē nō esse assecutos, sciendū omnium promissionū unicum esse colophonē Iesum Christū, & corporum resurrectionem: ut nunc apostolus per promissionē non intellexerit quietē, sed magis Christi aduentū, & corporū resurrectionem. Illis enim absolute perficitur uniuersa sanctorū Ecclesiæ. Cui sententiæ adminiculatur ea quoq; quæ Petrus scripsit 1. Pet. 4. In hoc mortuis quoq; annunciatum est Euangelium, ut iudicentur quidem secundum homines carne, uiuant aut iuxta Deum spiritu. Et hætenus de Fide uera.

Proinde nos quoq; cum tanta septi- mus nube testium, deposito onere omni & tenaciter hærete peccato, per tolerantiam curramus in proposito nobis certamine,

Nunc tandem desleuit ad Patientiam, à qua in fine

CAP.
XII.

EXPOSITIO CAP. XII.

cap. 10. erat digressus. Ad hanc autem hortatur exemplis, similibus, premijs & poenis. Quod sine patientia, quae non est sine animi constantia, fides prorsus nihil sit. Istis uero rei summam proponit, & consequentia superioribus nequit. Et fideles quidem ceu in stadio & certamine quodam sudantes alloquitur: cum reuera hominis uita super terram nihil aliud sit (teste Iob) quam militia. Solent autem qui in stadio currunt, omnia impedimenta oneraque; abijcere, ut hoc expeditius currant. Eo ergo alludit Paulus, qui hortatur fideles, ut fortitudo & curis huius mundi reliquisque; id genus cupiditibus natura nobis insitis, & quae a sancto retrahunt instituto, abiectis, in ueritate Euangelica per patientiam currant: cum uideant tot sanctorum myriades (Nubem enim uocauit ingentem uim & copiam) constanti patientia in fide ad finem usque; perseverasse.

respicientes ad fidei ducem & consummatorem Iesum, qui proposito sibi gaudio, pertulit crucem, ignominia contempta, & ad dexteram throni Dei confidet.

Christus
exemplū.

Non modo a sanctorum Patrum hortatur exemplis, sed & a Christi exemplo, qui fidei, hoc est, religionis nostrae principium & finis, prora & puppis, id est, solus omnia est. Id enim intellexit per ἀρχὴν καὶ τέλος, id est, per principium & finem, ducem et consummatorem. Potuisset & ille se immunem ab omnibus

DE PATIENTIA. 127

bus aduersis praeseruisse, sed maluit nostri gratia pati mortem: quem igitur posthac pigeret ueritatis & Christi nomine extrema quaeque; experiri? Non retraheret Christum ab instituto ignominia & maledicorum hominum calumnia: iccirco etiam susceptus est in gloria. Proinde si obfirmato uultu incepto pergamus itinere, ut ut mundus insanat & nobis maledicat, peruenimus tandem cum Christo ad gloriam.

Id inquam reputate uobiscum, quod is talem sustinuerit a peccatoribus aduersus se contradictionem, ne defatigemini animis defecti.

Per repetitionem amplificat Christi exemplum, & ait, Exemplum autem Christi sic uelim a uobis expendi, ut simul obseruetis quanta in Dei filium probra & crimina iccerint impij, quae ille euicit patientia, ut ijs & uos instructi, conuictijs impiorum non defatigemini, & propter iniurias istorum a ueritate non deficiatis.

Nondum usque; ad sanguinem restitistis aduersus peccatum repugnantes.

Extenuat incommoda praeterita, ut ad maiora animet, ac dicit, Haecenus quidem probis dumtaxat estis affecti, substantia uestra exuti, sedibusque; pulsati: aliud porro expectandum erat, capitis etiam supplicium, tantum abest, ut in minutulis quidem illis non oem praestitis patientiam: cum ne sanguini quidem parcendum sit

EXPOSITIO CAP. XII.

propter Christū. His uero per amicam obiurgationē (quæ hortationi familiaris est) subiungit.

& obliuiscitis consolationis, quæ uobis tanquam filij loquitur, Fili mi, ne neglexis correptionem domini, neque deficias cum ab eo argueris. Quem enim diligit dominus corripit, flagellat autem omnem filium quem recipit.

Sententiam sumpsit ex sententijs siue prouerbij Solomonis, quæ cum plana & dilucida sit, non est, ut ei immoremur. Extat in cap. 3. Hoc interim in hac re in primis uidetur monendum, nos hoc loco nihil loqui de fontium & impiorum supplicij, sed de eorum cruce tantum, qui ueritatis nomine affliguntur. Nam & D. Petrus, Ne quis uestrum (inquit) affligatur, ut homicida aut fur, &c. Caterum ex presenti prophete loco nunc multa educit argumenta satis quidem perspicua.

Si castigationem sustinetis, ueluti filij uobis offert se Deus. Quis enim est filius, quem non castigat pater?

Ab utili sumptum est argumentum. Cui generalem subiungit sententiam, Quis enim est filius, &c. Caterum externis exemplis penetrat ad interiora. Nam si de efficimur filij Dei, Ioan. 1.

Quod si alieni estis à castigatione, cuius par

DE PATIENTIA. 128

participes sunt omnes, igitur spurij estis non filij.

A contrario ducitur argumentum. Sensus autem est. Omnes filij castigationis sunt participes. Vos non uultis castigationis esse participes: ergo filij esse non uultis. Interim Christiano nomine gaudetis, nothi itaque & supposititij estis, qui patris genium nulla parte referunt. Nam etsi Deus cultoribus suis pacem nonnunquam concedat, eandem tamen subinde conturbat cruce. Exemplo est uita Abrahamæ, Isaaci, Iacobi, & Iosephi, sed & omnium sanctorum.

Itaque cum carnis nostræ patres habuerimus castigatores, & reueriti fumus illos, an non multo magis subiiciemur patri spirituum & uiuemus?

Istis uero copiosius expolitione propositum diducit illustratque sententiam. Porro patrem spirituum, schematismo quodam dixit pro patre spirituali qui sit spiritus, hoc est, Deus, Ioan. 4. Nemo autem in malam partem interpretatur si à patre carnali corripitur. Non enim in hoc corripit ut noceat, sed ut proficiat. Ita cum pater celestis corripit, in hoc corripit, ut nostræ salutis consulat. Quis ergo murmuret ad tam sanctam & utilem castigationem? Sed hæc apertius proponuntur consequentibus.

Atque illi quidem ad paucos dies pro ar-

bitratu suo nos erudierunt: hic autem ad commodum nostrum, in hoc ut impartiat nobis sanctimoniam suam.

A comparatis & ab utili hæc duxit, ijs superiora expolit, Patres terreni etsi filios seuerè castigant, amplam tamen hereditatem relinquunt. Sed ampliorem Deus, sanctimoniam uidelicet patientibus communicat, quæ quidem sanctimonia & præsentis uitæ sed magis futuræ est. Nam & D. Petrus, Nunc quidem ad breue (inquit) tempus affligimini, ut exploratio fidei uestræ (quæ multo preciosior est auro, quod perit & tamen per ignem probatur) reperiatur in laudè & gloriam & honorem, tum cum reuelabitur Iesus Christus, reportantes finem fidei uestræ, animarum salutem 1. Petri 1.

Omnis autem castigatio in præsens quidem non uidetur esse gaudij, sed molestiæ. At postea fructum tranquillû iusticiæ reddidit ijs, qui per illam fuerint exercitati.

TYRANNUS est speciem referens antypophoræ. Verum sanè (inquit) quod quis dicere poterat, facilem esse de hisce rebus disputationem, sed grauiorem actionè. Nam sicut potiones salutiferæ ægrotis uidentur amarissimæ, uulnerum quoq; cura doloris sentiatur esse pleuissima: Sic castigatio quoq; primo aggressu minimum gaudij, plurimum autem uidetur habere molestiæ.

stia. Verum non id solum quod ob oculos uersatur spectandum, sed illud magis, quod futurû est, & quid boni ex hoc malo existat. Nam sicut amara potione pellitur ægritudo: uulnerumq; seu a adustio & contrectatio integritatis sanitatisq; causa est. Ita uarijs malis exercitato fideli contingit tandem non fluidum aut marcescibile aliquod præmium, sed fructus suauis & pacatus qui iustis debetur, flos scilicet immortalitatis. Nam ad Rom. 8. Gloriamur etiam (inquit apostolus) super afflictionibus, scientes quod afflictio, &c.

Quapropter manus remissas & genua soluta furrigite & curate ut gressus pedibus uestris recti sint, ne claudicatio aberret à uia, imò sanetur potius.

Capulum rei petit & infert id cuius causa hucusq; tanta produxit in medium. Itaq; patientes (inquit) & constantes in fide perseueremus. Id uero metaphora quadam, in qua perstat, quaq; in initio etiam cap. usus erat, copiosius effert, alludens ad certandi rationem. Vult enim pios imitari strenuos cursores & fortes pugiles, qui collectis & resumptis uiribus, recto item firmatoq; cursu, uel colluctatorem premunt, uel recta metam properant: certe ut uincant. Quod si quid cessatum uel erratum sit à pijs, id monet noua alacritate fartiant. Fit enim nonnunquam ut currentibus labascant nutentq; genua, & luctantibus manus & bra-

Constans
tia.

EXPOSITIO CAP. XII.

chia lassescant. Quibus metaphoris Paulus iam non modo animi sui consilium dicit, sed & ea quæ dicere uoluit ob oculos ponit. Neq; enim sine causa metaphoram adeoq; & allegoriam uocauit Tullius stellans orationis.

Pacem sectemini cum omnibus & simulationiam, sine qua nemo uidebit Deum:

Nunc ea etiam prodit quæ patientiam & constantiam maxime interturbabant & à uera fide retraherent. Non enim satis est nosce quid facias, præstat etiã scire quid caueas & quid maxime nocere possit. Maxima autem pietatis pestis est Contentio, amaritudo animi, & Immunditia: à quibus cauere uult, si modo uelint ueræ pietatis esse cultores. De pace siue concordia nonnulla diximus in cap. 10. Copiosiora uide ad Rom. 12. De sanctimonia uero dixit Christus, Beati mundi corde, quoniam ipsi Deum uidebunt. Porro munditia siue integritas ista animi est, incorruptæ fidei beneficium, quæ omnem excludit hypocrisim.

curam agentes, ne quis sit, qui deficiat à gratia Dei, ne qua radix amarulentiaë suppullulans, obturbet, & per hanc inquinetur multi.

Ipsæ in quem finem hæc dicat exponit, nempe ut omnes curam geramus, ne quis sit deficiens

Pestes pietatis.

De hoc verbo in 4 cap.

DE PATIENTIA. 130

ficiens, qui ueluti in uia deficiat, & gratiam Dei, id est, Euangelij negotium (Euangelium enim gratiaë diuinae testimonium est) assequi nequeat. Atq; hic propterea aliud subiungit malum, Amaritudinem animi, quam metaphora quadam radicem appellat suppullulantem, idq; propter malorum feracitatem & materiam, quam hoc malum suppeditat. Ea enim ut hædera multa implicat, totamq; ecclesiam conturbat. De hac Iacobus, Si emulationem amarum habetis, & cõtenionẽ in corde uestro, nolite gloriari, &c. Notissimus enim est Iacobi locus in cap. 3. Sequitur aliud malum,

Ne quis scortator aut prophanus, uelut Esau, qui unico edulio permutauit ius primogeniti. Scitis enim quod & postea cum uellet hæreditario iure benedictionem assequi reprobatus sit. Non enim reperit pœnitentiaë locum, tamen si cum lachrymis quaesiuisset eam.

Immundicia cognatum sibi habet contempturæ sacrarum. Quis enim apud eum sacri respectus sit, qui sibi persuasum habeat uoluptatẽ rerum esse summam? Hic proculdubio totam Euangelij prædicationẽ minoris uendiderit, quàm Esau primogeniti iura. Inuenias enim qui dicant, se malle uini sextarium, quàm

Gene. 29 & 27

EXPOSITIO CAP. XII.

Euangelicam Homeliam. Sed illi aliquando dignas lu-
ent pœnas. Nam & Esau breui uoluptatula eternam
emit pœnitudinem. Si quidem cum uellet hereditario
iure benedictionem assequi, reiectus est, adeo ut nulla
illi restitutionis spes fuerit reliqua. Quod equidem ne-
mo intelligit de peccatorum resipiscencia, sed de im-
mutatione fortunæ. Nam liberum non erat Esau resu-
mendi ius primogeniti, posteaquam leuitate quadam
semel uendiderat. Frustra ergo torquentur qui hoc lo-
co disputant, nū lapsis negetur pœnitentia. Μετάνοια
enim Græcis & reuersio & correctio est, imò & im-
mutatio rei cuiusuis, non tantum ea pœnitentia quæ
theologis in usu est. Sed & nulla nobis mentio de re-
missione peccatorum: sed de iure primogenituræ lo-
loquimur, quantumue mali sit sacra cōtemnere. Equi-
dem exemplo Esau indicare uoluit, optima quæq; amo-
mitti immunditia & contemptu rerum sacrarum. Et
hæc quidem de constanti in fide patientia.

PERORATIO.

Non enim accessistis ad cōtactum mon-
tem & incensum ignem ac turbinem & ca-
liginem & procellam tubæq; sonitū & uo-
cem uerborum, quam qui audierant depre-
cati sunt ne ijs adiungeretur oratio. Non
enim ferebant quod edicebatur: Si bestia te-
tigerit montem lapidabitur aut iaculo con-
figetur

PERORATIO. 131

figetur: & adeo terribile erat uisum quod
apparebat, ut Moses dixerit, Expauēfactus
sum & tremebundus.

Post multam & uariam disputationem colligit tan-
dem quod per uniuersam tractauit Epistolam, idq;
Imagine quadam statuit ob oculos contemplandum.
Principio autem colligit ea quæ disputarat de legis in-
firmitate & inefficacia. Deinde ea quæ de Euangelij
dignitate & Christi redemptione absoluta. Postremo
ea, quibus ad fidendum Christo, suscipiendamq; Euan-
gelij prædicationem, in prima atq; secunda parte Epi-
stolæ cohortatus erat. Est aut hæc illius Imago qua se-
cundam Epistolæ partem reuocat ob oculos, Fingite
duos astare montes, alterum Sinai, alterum Sion. Prio-
ri representari legem, Posteriori Christum & Euan-
gelium. Hic uero copiose describit eum montem in
quo data est lex, idq; ex 19. Mosi secundi libri. At cū
ibi omnia sint terrifica & tristia, significatum est, Le-
ge adeo non perfici & absolui cultores, ut magis ter-
reantur & accusentur. Non enim lege, sed Euangelio
confertur conscientie pax. Hinc dixit, Non accessistis
ad contactum montem, sed ad montem Sion. Cona-
ctum autem dixit per antiphrasim, Nemo enim montē
audebat contingere. Iam quod scribit Mosen dixisse
expauēfactus sum, nullibi sanè comperias in sacris,
sed eiusmodi locutionis genus est, quale illud, Tam for-

Ita nihilo
minus uos
cat ad fan-
tasmōiā.

EXPOSITIO CAP. XII.

midabilis erat hostium incurfus, ut uel ipsi Duces tere-
veri potuissent. Et sanè non infrequens est, ut Dixerit,
ponatur pro Dicere potuerit. Sunt autem hæc sub Am-
plificationem referenda.

Sed accessistis ad montem Sion, & ad ci-
uitatem Dei uiuentis, Hierusalem cœlestē,
& ad innumerabilium angelorum cœtū,
& ecclesiam primogenitorum qui conscri-
pti sunt in cœlis, & ad iudicem uniuersorū
Deum, & ad spiritus iustorum perfectorū
& ad noui Testamenti mediatorem Iesum,
& ad sanguinem asperfusionis, meliora lo-
quentem, quàm loquebatur sanguis Abel.

Istis colligit, quod secunda parte fusus docuit, Chri-
sti sacrificio nos absolutos esse, huius morte & sacer-
dotio patere ad cœlos uiā. Atqui omnia hæc etiam in
peroratione copiosius tractat & figuris uestit. Et Mon-
tem quidē Sion uocat Christū & gratiā Euangelicā.
Nam ut de Sinai lex progressa est, ita de Sion uita &
salus. Allusit autē ad Isaïæ 2. & Micheæ 4. cap. Ciuitas
autē Dei est cœlestis Hierusalem, id est, uita eterna.
In hac perpetuum gaudent angelorum Chori. In
hac uidere est primogenitos, hoc est, electos Dei, om-
nes sanctos patres: quos primogenitos appellauit al-
lusione ad primogenitos patrum, qui dilecti & domi-
ni rerum erant. In hac itē uidere est ipsum Deum

om

PERORATIO. 131

omnium iudicem, id est, omnium potentem, sed &
omnium iustorum animas. Quæ res minime uulgaris
est. Nam & ipse Socrates moriturus, Si (inquît) mors
emigratio est in eas oras, quas qui è uita excefferint,
incolunt, quis me beator? cui dabitur conuenire eos
qui iuste cum fide uixerint. Quanti enim æstimatis
colloqui cum Orpheo, Musæo, Homero & Hesiodo?
Equidem sepe mori, si fieri posset, uellem, ut ea quæ
dico, mihi liceret inuenire. Hæc de Socrate Plato apud
Tullium Tusc. quæst. 1. Iam uero sequitur per inter-
pretationem, Accessistis ad montem Sion, id est, Ad
mediatorē Iesum, & c. His enim exponuntur superio-
ra, quod sanguine Christi pateat ad cœlos uiā. Asper-
fusionis interim meminit, alludens ad typum: de quo in
cap. 9. Meliora autem loquitur sanguis Christi quàm
Abel. Huius enim uindictam, Illius autem loquitur ex-
piationem: quæ dicuntur per Prosopopœiam.

Videte ne aspernemini eum qui loqui-
tur. Nam si illi non effugerunt, qui auer-
sabātur eū qui loquebatur in terra, multoma-
gis nos si eum qui de cœlis est auersemur.

Colligit ea quæ prima parte huius Epistolæ tracta-
rat. De cœlis autē locutus est nobis Christus doctor cœ-
lestis, amnuncians sanguine suo mundari orbem. Iam
à Comparatis argumentatur. Si grauisime puniti sunt,
qui contemnebant Moysen terrenum hominem, sed Dei

1. Ioan. 2

Cohortatio.

S 4

interpretem: certe nos multo minus effugiemus, si filij Dei salutarem contempserimus predicationem.

Aggei 2. Cuius uox tum concussit terram, at nunc denunciauit dicens, Adhuc semel ego concutio non modo terrā, uerum etiam cœlū.

Obiter interserit anacephaleosim Abrogate legis, istamq; firmat Aggei prophetae testimonio, quod ipse in hunc modum suo applicat instituto.

Porrò quod dicit, Adhuc semel, significat eorum quæ concutiuntur translationē, eorum uidelicet quæ facta sunt, ut maneant ea quæ non concutiuntur.

Facta appellat ea quæ manibus erant facta, cuiusmodi erat tabernaculum & uniuersum Leuiticum ministerium, quod per Christi perpetuum sacerdotium sublatum est. Heb. 7. Hic cum æternus sit & incōmutabile sacerdotium habeat, recte Paulus ut maneant (ait) ea quæ non concutiuntur.

Quapropter regnum assumentes quod concuti non possit, habemus gratiam per quam ita colamus Deum & illi placeamus cum reuerentia & religione. Etenim Deus noster ignis consumens est.

Generalis illatio est totius negotij, quasi diceret, Cū ergo expectetis, o Hebræi, regnum Messie, interim uideatis Christum Iesum uerum esse Deum & hominem qui

Hicce & 3.
Epist. pars
colligitur.

qui habeat sacerdotium perpetuum: agere cum talem habeamus gratiam, ipsum inquam Christum, qui gratiæ pignus est, agere inquam suscipiamus Christum fide. Agnoscamus hunc esse illum regem & sacerdotem nostrum: istius regnum, illud sempiternum esse regnum. Seruiamus huic cū reuerentia & religione, id est, uera fide & cōstanti patientia. His subnectit speciosum Epiphonema. Etenim Deus noster ignis cōsumens est: quod sumpsit ex Deut. 4. & Isaie 33. cap. Hæc aut quæ dicuntur de Regno Christi & Cultu Dei, diligenter pijs Lectoribus obseruanda sunt.

APHORISMI.

Stis autem quæ præcesserunt ordine totam absoluit Epistolā: quæ nunc sequuntur. Appendicis loco adfixa sunt. Agit aut in hac uarie de rebus uarijs, eo propemodū orationis genere, quo solent tractari sententiæ. Vnde nos Aphorismos, libertate quadam, nuncupauimus. Sunt enim Aphorismi sententiæ separate absolute & breues: ut sunt sapientū Apophthegmata. & populi Reipenim est separare & seceruere. Nos paucis singula perstringemus.



Raterna charitas maneat. Hospitatis ne fitis immemores. Per hanc enim quidam insciētes exceperunt angelos hospitio. Memores estote uinctorum, tanquam unā cū illis uinctū: eorum qui affligūtur, uelut ipsi

CAP.
XIII.

EXPOSITIO CAP. XIII.

quoque uerfantes in corpore.

Charitas. Charitas primum locum obtinet, quod (teste apostolo) consummatio legis sit. Huic hoc loco addit Epitheton Fraterna. At cum ueteres Christianos appellarint fratres, fit ut charitas fraterna dicatur Charitas Christiana, nempe quæ ad Christi charitatem formata est, qua opere et ueritate diligimus. Hinc subiicit, Hospitalitatis ne sitis immemores. Hospitalitate autem synecdocha quadam omnia misericordiae opera, quorum meminit Christus Matth. 25. complexus est. Et ut persuaderet exemplum unam cum utilitate quadam addidit, nempe sanctos olim hospitalitate angelos suscepisse, id quod de Abrahamo et Loth legimus Gen. 18. et 19. Quod si cui desit facultas, tamen si sincere diligit non deerit uoluntas. Hinc subiungit, Memores estote uictorū, etc. Nam et apostolus alibi, Quis (aut) infirmatur et ego non infirmor? Quis offenditur et ego non uror? Plura lege in 1. Corinth. 11. et cap. 10. huius Epistole.

Honorabile est inter omnes coniugium & cubile impollutum. Scortatores autem & adulteros iudicabit Deus.

Castitas. De castimonia differit aduersus Incontinentiam. Illius autem dignitatem laudibus effert. Huius uero foeditatem et indignitatem indicat. Coniugium quale sit docent diuinae literae Gen. 3. Matth. 19. Ioan. 2. et Paulus 1. Corinth. 7. ac Ephes. 5. Honorem autem matrimonij et apud Gentes habitum esse, liquet ex histori-

APHORISMI.

134

is, poetis et legibus, maxime ex illa egregia Metelli Numidici sententia, qui, Si (inquit) sine uxore possimus esse, omnes ea molestia careremus: sed quoniam ita natura tradidit, ut nec cum illis satis commode, nec sine illis ullo modo uiui possit, saluti perpetuae potius, quam breui uoluptati consulendum est. Author A. Gellius in 1. cap. 6. Quod autem sequitur, thorum coniugalem esse impollutum, id est moderatum in concubio coitum non reputari pro peccato, id Paulus clarioribus ad Corinthios dixit, Propter supra uitanda suam quisque uxorem habeat, etc. Et Paphnutius in Consilio Niceno, qui Clericis concubium prohibere uolentibus restitit, honorabiles confessus nuptias, et castitatem esse dicens concubitum cum propria coniuge. Quae quidem extant in Socrate Constantinopolitano apud Epiphanium lib. 2. cap. 14. Quocirca iniquum atque impium est pontificis Rom. decretum, quo concubia sacerdotibus inhiuit, et scortationem admisit. Ceterum de scortatione et adulterio lege Exod. 20. 1. Corinth. 6. et Plutarchum in uita Lyncurgi, item Gen. 20. et Iudicum 19. et senties Paulum non frustra dixisse Deum iudicare, id est, punire et damnare scortatores et adulteros.

Sint mores alieni ab auaritia, contenti his quae adsunt, siquidem ipse dixit, Non te defero neque derelinquo, ut fideles dicamus,

EXPOSITIO CAP. XIII.

dominus mihi auxiliator nec timebo quid
faciat mihi homo.

Auaritia.

Aduersus auaritiam duo producit testimonia, alterum extat Iosue 1. sed clarius Matthei 6. alterum Psal. 117. & 55. Plura qui uelit legat Paulum in 1. ad Timotheum 6. aut si malit Salustium in Con. Catil.

Mementote eorum qui præfuerunt uobis qui & sermonem Dei locuti sunt uobis, quorum imitemini fidem, considerantes qui fuerit exitus conuersationis illorum.

Doctrina.

Hic monet ut in doctrina apostolorum, à quibus Hebræi primū didicerant Euangelium, perseuerent, & illorum imitentur in fide constantiam & sanctimoniam. Ex quibus claret quis sit uerus Diuorum cultus, nempe imitatio fidei & innocentie sanctorum. De qua re alibi satis copiose. Quod autem hæc sic intelligenda sint conuincunt consequentia.

Iesus Christus heri & hodie, idem est etiam in sæcula. Doctrinis uarijs & peregrinis ne circumferamini:

Uidetur aut uerbis inesse Enallage quædam, nempe quod persona pro re ponatur, Iesus Christus, pro salute, ueritate, redemptione & religione Christiana. Sic enim sensus erit apertissimus, Eandem apud omnes semper esse religionem Christi, eandem uim sacerdotij

A PHORISMI.

135

tij & sacrificij Christi. Huic enim cōmode iam additur, Doctrinis uarijs & peregrinis ne circumferamini: quippe cū eadem semper & cōstantissima sit ueritas doctrina, idem Christus eadēq; omnibus sæculis uirtus Christi. Varium itaq; dixit, quod alijs atq; alijs rebus fidere docet. Peregrinum autem, quod ex alio, quam unico Christi & ueritatis fonte haustum, uel è carne uel philosophia petatum est. Sed uide Paulū ad Ephes. 4. & Collos. 2.

Bonum est enim gratia constabili cor, non escis, quæ non profuerunt ijs, qui uer sati sunt in illis.

Iam exhibet Hebræis suis exemplū Sane, & nō sane, siue peregrine doctrine. Sana doctrina perhibet sola gratia stabili cor. Peregrina escis ac sacrificijs externis emundationē tribuit. Sed falso. Nam ijs nihil profuerunt sacrificia & delectus ciborum, qui etiā superstitiosissimi Leuiticæ legis cultores fuerūt, id quod in 10. cap. audiuimus. Cor itaq; posuit pro mente siue interiore homine, qui non purgatur uel saturatur, nisi spiritali manducatione. Ioan. 6.

Habemus altare de quo non est fas edere ijs qui tabernaculo deseruiunt.

Et superiorū expositio est, quod nulla re externa sed gratia confirmetur cōscientia, & quædā occupatio. Poterat enim quis dicere, Ergo nullū nos sacrificij

Delectus ciborum.

Acto. 15.

EXPOSITIO CAP. XIII.

Altare. eū habemus? Respondet, Habemus equidem altare, hoc est, sacrificium, sed non tale quale ueteres. Illi enim de Altari, hoc est, de sacrificijs epulabantur splendide carnaliterq;. Nos uero Christū manducamus spiritualiter, hoc est, fide. Hinc & August. Quid (ait) dentem & uentrē paras? crede & manducasti. Altare ergo per Metonymiam posuit pro eo quod altari imponitur. Neq; enim sacerdotes lapidibus uescebatur, ere, aut ligno, quibus constabant ara, sed sacrificijs.

Animaliū enim quorum sanguis inferri pro peccato in Sancta per pontificem, horū corpora cremantur extra castra. Quapropter & Iesus ut sanctificaret per proprium sanguinem populū extra portā passus est.

Altare vini sum.

Etiam typo ostendit Christi sacrificium non esse eiusmodi da quo possit carnaliter manducari. Fuisse enim & ueteribus sacrificiū, de quo non ederint sacerdotum ministri. Erat (inquit) apud ueteres uictima (ut in Numeris extat cap. 19.) quæ pro peccato expiando offerebatur. Ea uero tota concremabatur extra castra, ut nihil reliquum fuerit sacerdotibus comedendum. Huic autem typo probe respondit Christus, qui peccata nostra expiaturus extra portam passus & oblatus est. Vnde nunc consequitur Christum non esse talem aram siue oblationem, de qua possit participari carnaliter, sed spiritualiter tantum. Istis autē confutantur oīa

ca,

APHORISMI. 136

ea, quæ Pontificij de Aris iisdēq; cōsecrandis, de oblationib; & carnali manducatione Christi nugatur. Quod autē hæc denuo repetijt per exemplum quæ aliās tota Epistola diligentissime tractauit, propter duritiā Iudaice genis factum est, quibus nulla penē diligentia superstitio Leuitica poterat extorqueri.

Exeamus igitur ad eū extra castra opprobriū eius portantes. Nō enim habemus hic manentē ciuitatem, sed futurā inquirimus.

Ab exemplo Christi obiter hortatur ad patientiam & sequelā Christi, de qua ipse etiā Christus copiosiora apud Mat. in 16. Interim ipse apostolus sententiam, qua persuadeat, addit. Non enim habemus & c. Si quidem peregrini sumus, quorū conuersatio in cœlis est. Heb. 11. 2. Corinth. 5. Philip. 3. cap.

Sequela Christi.

Per ipsum igitur offerimus hostiā laudis semper Deo, hoc est fructum labiorum cōfitentium nomini eius. Beneficentiæ autē & communicationis nolite obliuisci. Tali bus enim hostijs delectatur Deus.

Redit ad id quod supra cœperat, Nunquid supereset quod nos offerremus? Sane nullū pro peccatis sacrificiū. Vna enī Christi hostia perpetua est, Quid ergo? Per ipsum (inquit) offerimus hostiā laudis. Per ipsum inquā, id est, per Christū, aut per fidē in Christū, quæ credimus nobis Christi hostia nostra ablata esse peccata.

Christiano rum sacrificia.

EXPOSITIO CAP. XIII.

eata, offerimus hostiã laudis. Quæ uero hæc Fructus utiq; non agri, sed laborũ consentientium nomini eius. Confiteri aut̃ in sacris nonnunquã est laudare & gratias agere sicut hoc loco, & in Psal. Confitemini domino quoniam bonus, quoniã in æternum misericordia eius. De hoc laudis & gratiarũ actionis, quæ ex fide est, sacrificio, lege Oseam in 14. Psal. 49. & 115. Est & aliud sacrificij genus Beneficentia & Misericordia. De hac Oseas, Misericordiã uolo & non sacrificium, Micheas quoq; in 6. Et Paulus ad Romanos 12. alterius quoq; generis meminit, quo corpora nostra offerimus sanctã hostiam Deo. Hæc enim hostiarũ genera Deo placent. Omnium meminere Vetusti, in primis Lactantius Instit. lib. 7. De uero cultu cap. 24. & 25. Aurel. quoq; Prudentius qui in Vita Romani martyris scribit fidelium corda uera esse Dei templa: in hisce astare Fidem sacerdotis loco, quæ iubeat offerre uictimas Christo & patri,
 Quas scit placere candidatas simplices,
 Promis pudorem, cordis innocentiam,
 Pacis quietem, castitatem corporis,
 Dei timorem, regulam scientiæ,
 Ieiuniorum parcitatem sobriam,
 Spem non iacentem, semper & largam manum.
 Ex his amœnus hostijs surgit uapor
 Vincens odorem balsami, thuris, croci,

Sub

APHORISMI.

137

Sublatus inde coelum ad usq; tollitur
 Et prosperatum dulce delectat Deum.

His iunge quæ scripsi in cap. 10. de Christi. sacrif.

Parete ijs qui præsumunt uobis & concedite. Nam illi uigilant pro animabus uestris, tanquam rationem reddituri, ut cum gaudio hoc faciant, & non gementes: nam id inutile est uobis.

Obedientiã docet, & addit quædam, quæ ad obedientiã permoueant. Ea sumpta sunt ab eorũ persona qui præsumunt. Eorũ enim officium est uigilare & reipublice inseruire, iusticiam & iudicium exercere. Nam hæc tam ad ipsum magistratum, quàm ad ministros uerbi referenda sunt. Vide Exodi 18. Ezech. 3. Maximum autem flagitium & extrema ingratitude est, si plebs non agnoscat beneficium procerum, &c.

Obediens
 tia.

Orate pro nobis, cõfidimus enim quod oēs ijs, qui honeste cõuersari cupiunt, bene de nobis sentiant, Magis aut̃ obsecro uos, ut id faciatis, quo celerius restituar uobis.

Orandum esse pro ministris uerbi, nõ modo hic locus docet, sed alij innumeri, maxime Act. 4. 12. Mat. 9. Eph. 6. Et pro restitutione sua sæpe multisq; in locis preces fieri iussit. Ad Philemonem, Spero (ait) quod auxilio precum uestrarum, donabor uobis. Discite itẽ ex hoc loco, Neminem posse placere oibus: sufficere aut̃ si quis placeat pijs.

Oratio.

Deus aut pacis, qui reduxit à mortuis p̄storē ouium illū magnū per sanguinem testamenti æterni, dominū nostrū Iesum, perficiat uos in omni bono opere ad faciendū uoluntatē ipsius, efficiens, ut quod agitis acceptum sit in conspectu suo per Iesum Christū, cui gloria in secula seculorū Amē.

Opera bona,

Valedictionis formula est uere apostolica & mysterijs Christi plena, sicuti ea quoque est qua ad Rom. 16. usus est. Summa, Imprecatur integritatē & constantiā, & ut oīa illorum Deo per Christū placeant. Sunt enim ea tantū Deo grata que per Christū fiunt, & nō per nostrā opinionē, sed in Dei uoluntate fiunt: ea demū uere bona opera sunt, quæ utiq; à Deo sunt. Nā Deus is est qui (ut Paulus ad Phil. ait) agit in nobis, & ut uelimus, & ut efficiamus pro bono animi proposito. Porro Deus pacis dicitur sicut Deus misericordiæ, hoc est, Deus misericors & pacificus qui nobiscum rediit in concordiam, nobis placatus est, & conscientias serenat. Hic constituit Christū pastorem Ecclesie, De qua re plura Ioan. 10. At Christus sanguine suo æternam redemptionē inuenit. Hinc sanguis eius dicitur sanguis AETERNI TESTAMENTI.

Obsecro uos fratres sufferte sermonem exhortationis: etenim paucis scripsi uobis. Agnoscite fratrem nostrū Timotheum ad

uos

uos delegatum, cum quo, si celerius redierit, uisam uos. Salutate omnes qui præsunt uobis, & omnes sanctos. Salutant uos Itali. Gratia cū omnibus uobis, Amen.

Ciuititer declinat à se oēm inuidiā & arrogantiam suspiciōē, ac Christiana modestia lenit oīa. Comēdat itē Hebræis suū illū Timoth. quo nimirū usus est tabellione: De hoc plura Phil. 2. Debent aut fratres Christiani nobis esse comēdatissimi, maxime ij quorum opera utimur in Sacris. Tandē uero Salutationibus suo more concludit Epistolā, quā aiunt scriptam esse ab Italia.

2. Thef. 3.

Hæc sunt amice Lector, quæ in illā sanctam & eruditā Pauli ad Hebræos. Epistolā habuimus. Ea tibi pro Christiana charitate comunicamus, obsecrantes, ut sincero animi iudicio quæq; expendas. Non enim hæc opella spectari aliud, quàm ut gustum aliquē Disputationis Paulinæ tibi exhiberem, quo delibato expeditius uersari posses in reliquis etiā Pauli Epistolis. Deinde uero uolui tibi hisce uniuersam Christi gloriam ob oculos statuere, ut palam cerneres Iesum Christum uerum esse Deū & hominem, orbis doctorē unicum, sacerdotem, mediatorē, hostiam, redemptionē & uitam unicam ueram & perpetuā, ut uel tantis rebus persuasus, soli, omnibus alijs relictis, te totū stabili fide comitteres. Id si à te impetraui, assecutus sum quod uolui, & Deo gratias ago.

FINIS.





